6
3.-c
18

liotheca
oll. Rom.
. Jesu

I
A

6-3.c.18.



APPENDIX
DCURAS
POSTERIORES
recognitas
CL. CHRISTOPHORI
CELLARII,
Hafniæ CIↃ IↃC LXXXVII.
Post novo titulo insignita

A. B.

SERVATIONES
lares circa Latinam linguam, ex
cis & aliis probatissimis Auto-
collectæ, & ad uberiorem inda-
n propositæ, Fracofurti 1694.
Accedit
IRISTOPHORI
CELLARII,
ussio & examen hujus Ap-
ndicis & Observationum.

IENÆ M. DCC.
erum Panormi M. DCCVII.
PUD DIDACUM BUA
Superiorum Licentia.

Vo certius est, Latinam linguam à temporibus Hadriani aris ita magis & magis eneraviſſe; ut eſſet tan-, ſi primævũ nitorem tes, cadaverosa & denis hoc majorem mi lem meruerint, qui barem ætate validam latinè imperantem pro- re conati ſunt. A multrenuè tentata res est. orum vicit induſtriam ingenio & labore inſabili memorandus GERARDUS VOSSIUS.

In hoc tamen quod reprehederet invenit Cl. SCIOPPIUS, ipſe ſæpius iniquioribus in eruditos judiciis reprehendendus. Poſt, alios, Daniæ noſtræ lumen OLAUS BORRICHIUS ita rem tractavit; ut eruditiſſimo ſcripto, cui titulum ~~fecit Cogitationes de omnis~~ *Latinæ Linguæ Aetatibus* &c. monſtraret ſe priores omnes ſolerti in excutiendis Auctoribus induſtria ſuperaviſſe. Inde ſe adeo excitatum ſenſit Vir Clariſſimus CHRISTOPHORUS CELLARIUS SMALCALDIENSIS, ut ex Celeber-

rimi Borrichii libro,
mullis hinc atque inde
itis, collectas *Curas po-*
ores ederet: quas accu-
us elaboratas divulgari
iit, ubi ex *Analectis* Ce-
rrimi Borrichii notas
multa se, dum bonos
ores legendo percur-
t, præteriisse. Laudan-
merito sunt illæ Clarif.
i *Curæ*, neque his ali-
l est derogandū; quod
uc varia transmiserint,
inquirenda. Oportet,
aret, quantus sit in hoc
io labori, quæ sit hu-
næ industriæ, conditio;
ab uno putet hic sin-

gula præſtari poſſe. Ita velim de me ſentias Benevole Lector: ut illum eſſe credas, quem, unde diſcam, nõ pigeat quærere; nec meliora docẽtem audire tædeat. Aequis placere ſtudeo; iniquis nolo. Apud hos enim, cum ipſimet, qui ſint neſciant, vel nõ meminerint, ad impetrandam veniam, nocet eſſe hominem. Gratum erit ab æquis revocari, ſi erraviſſe me deprehenderint. De toto hoc inſtituto plenius haud dubie Celeberr. Borrichius diſſeruiſſet ipſe, ſi vel per graviora negotia licuiſſet in-

hare-

enam hanc ulterius de-
ndere, vel libuisset ami-
am, qua Clar. Cellario
trictus est, ullo modo
gare? Si occurrat B. L.
à M.SS. ubi ab impres-
codicibus disceditur;
oscas, si observes non
nerè factum esse. Verũ
s ignorat esse ubi M. SS.
:re non expediat? Quis
orat vel Theodosii ævo
ruptos fuisse codices, &
us postea exaratos? Ab
ergo quis neget discedi
se, si ex fide rerũ men-
convicceris? Habent in-
sti codices, quod lau-
: habent etiam quo o-

ostem-

ostẽdant, multa pro lubitu & ostentandi ingenii studio mutata esse. Quæ ex novissimis Aeneæ ætatis, & ferrei ævi scriptoribus potuerunt addi, sciens omisi; cum his in hac causa parum dandum esse credam. Valeas B. L. conatibusque faveas; quos si tibi probari senserim, brevi pleraq; (omnia vix unus poterit) quæ apud aureæ, argenteæ, & potiores æneæ ætatis scriptores occurrunt ignota Foro Romano tecum communicare non pigebit.

EPI-

EPISTOLA

OLAI BORRICHII

AD

CHRISTOPHORUM CELLARIUM.

Ita est, vir clarissime, quemadmodũ probe advertis: istuc duntaxat eunt labores mei, ut publico inserviatur, non ut lædatur morlium quisquam; multo minus, ut offendatur modestissimus calamus tuus, quem rilibus in Latio herbis, & io frequenter in eruditorum

rum ſcripta ſe ingerenti, eradicãdis natum eſſe lætus cõperio. Humaniora appellantur hæc ſtudia noſtra, quæ inter alia ſeueriora colimus; & humanitatis officia deposcunt: à quibus nimium quãtum abeunt oſtentatores quidam, qui leuiſſimis de cauſſis ita in ſcriptis ſuis ampullãtur, ac ſi cum Carolo Mantello aduerſus Mauros ingentem ſibi pugnando gloriã peperiſſet. Ego uero, qui iamdiu experior, non unius eſſe hominis, omnia perspicere, tantum mihi neutiquam ſumo, ut contendam mea, præſertim in argumento tam lu-

brico,

o, extra omnem erroris
im semper posita esse, cum
nerus subinde dormita-
it, quid ni ego, quem ſæ-
grorum quiritatio ne qui-
patitur dormire. Interea,
clarissime, humanitatis
porro erit, de conatibus
humaniter, quod facis,
re, atque prorsus in ani-
inducere, nihil mihi in-
ſissimis tuis scriptis, ni-
nimo tuo tam amice de
is meis arbitranti, gra-
cceptiusque posse contin-
Perge, o optime, nomen
lluſtribus scriptis æter-
commendare. & crede,
ui vix posthac propter

gra-

graviora negotia iſtæc ſacra philologica amplius attingã, niſi forſan Livii opera, in Gallis, ut audio, cum ſupplementis omnibus edenda, iterum ſitim excitaverint) nũquam commiſſurum, ut te tandoris, & benevoli tui pectoris adverſus me, unquam pæniteat. Vale.

Hafniæ XI. Auguſti anno

CIↃ IↃC LXXXII.

CAP.

CAPUT I.

De variis Latinorum Scriptorum ætatibus.

EX quo post sua fata denuo floreſcere *Latina Lingua* cæpit, magis quam antea de *Scriptoribus* judicatum. Exiſtimavere docti Latinitatis bene conſuli, ſi ſciquinam illi *antiquos* inter os eſſent, de quibus optimè etur: ut hos ſibi ad imitaneligerent. Locupletior eſſet laboris fructus, ni ita judia eſſet, ut turbent ſententa diſſidia. Multos enim, dũ avent; ægrum odium, mulerverſa cognoſcendorũ Scrium ratio, plurimos inconſtans ingenii fervor, aliud alios verſos egit; ut plerumque is optimè judicatum ſit, qui

judici fuerint ingenio ſimillimi. Hinc invenies, qui *Ciceroni*, *Cæſari*, & aliis *Latinum Pacatum* & hoc longe *recentiores* anteponant. Sed ſibi ſapiant, quos credideris ſuo obſequii ingenio malle, quam prodeſſe publico. Severiores illi virtutum æſtimatores, qui ſe non cæco impetu abripi patiuntur, de *Scriptorum præſtantia* incorruptius judicaverint. Norunt illi optimè Latinè docutos eſſe, quibus vivere contigit, ubi nondum declinaverit à priſco nitore *Latina Lingua*. *Illam* vero, quam ſenſim perdiderit, ut explicaret, Cl. *Scioppius*, ætates linguæ convenienter conſtituit AUREAM, ARGENTEAM, ÆNEAM, FERREAM. In hoc conſentit Celeberr. *Borrichius*, licet interdum de *ætatum* terminis & aliis nonnullis, quæ in *Cogitationibus* ſuis accuratè perſequitur, diſſentiat. Cum Cl. *Scioppio* tamen

ATIS ÆVREÆ primordia,
:ſit à *bello Punico ſecundo*; fi-
ı *Auguſti* morte: ut huic e-
ætati *Poetæ veteres*, *Ennius*,
vius &c. ſint adſcribendi. Hos
Gl. *Cellarius* huc negat per-
e: ſed non affert, unde rem
ceris. Solent equidem obji-
haiſmi, *aliaque multa aureo*
indigna: addunt alii, *horri-*
los, nec adeo elegantes eſſe; &
um ſtercore aurum legiſſe po-
. Si verò ex *archaiſmis* res
leclaranda, non eſſet *Varro-*
iceroni, *Virgilio*, *Saluſtio* &
inter *aureæ ætatis* Scriptores
liquid concedendum. Quæ-
illa *multa* eſſent *aureo indi-*
eculo non vidit *Cicero* nec
us &c; quos conſtat ita imi-
illos eſſe, ut *hic* multos ip-
verſus ſuos fecerit, de quo
alios prolixe *Macrobius*.
rò l. 1. *de ſmibus, inimicum-*

pæne nomini Romano dixerit, qui *Ennii & Pacuvii ſcripta ſpernat, & rejiciat.* Quam enim *Ennium* imitatus ſit *Cicero*, non ipſius tantum ſcripta ſi cum *Ennianis fragmentis* contuleris, docebunt; ſed & antea docuit præter antiquos alios apud *Gellium Seneca*. At quænam illæ *ſordes Ennii*, ex quibus *aurum Virgilius legiſſe* dicitur? Rem nos *Ovidius* edoceat lib. 11. Triſt.

Vtque ſuo Martem cecinit gravis Ennius ore,
Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Non damnaverunt *antiqui* ineptè & minus Latine loquentem *Ennium*. Eſto, fuerint verſus ejus non adeo numeroſi, non elegantes adeo: quid inde? Neque in hoc adeo ubique felix *Horatius*, neque *Lucretius*, neque *Catullus*, neque *Tibullus*, neque *Propertius*. Quæſtio hic non eſt de faciendo-

rum

verſuum artificio; ſed de eo, *Ennium* aureo ſæculo indi- n judicari volunt. Si enim ex & elegantia carminis res eſ- demonſtranda; *Claudianus* & longe recentiores Poëtæ non lo *Ennio* præponi meruiſſent, ipſi *Ciceroni*: de hujus enim bus quam malè ſenſerint an- , ex *Seneca*, *Martiali*, *Juve-* *Gellio* & aliis notiſſimum. Aurum dum legit ex *Ennii* ore *Virgilius*, elegantiori for- liſpoſuit *Enniana*, ut *Virgilii* niteant; quæ ab ipſomet *En-* icta ſunt negligentius; licèt minus Latinè. Exemplo rem raverim. Sunt illa *Ennii* apud *obium Satur.* l. 6.

tunc ſicut equus, qui de præ-
ſepibus fartus
uncla ſuis magnis animis abru-
pit. Et inde
rt ſeſe campi per cærula læta-

que prata.

Hæc eleganter magis *Virgilius*:

Qualis ubi abruptis fugit præsepia vinclis
Tandem liber equus, campoque potius aperto.

Plura id genus obſervabit, qui *fragmenta Ennii* cum carminibus *Virgilii* conferre velit. Verum rectè *Macrobius*: *Nemo ex hoc*, inquit, *viles putet veteres Poetas, quod verſus eorum ſcabri nobis videntur.*

Plautum, Terentium, Lucretium, Catonem, cur *ex aureo ſæculo* rejecerit Cl. *Cellarius*, ignotum mihi eſt. Attuliſſet utinam *Vir Clariſſimus*, cur potiſſimum eſſent cõdemnandi. Scilicet *archaiſmi ſunt*. Quidni ergo hæc *Saluſtium* & alios eodem jure retuleris? Latina plane eſt in illis dictionis ratio, ut conſtet ſcientiſſimis linguæ magiſtris *Ciceroni, Quintiliano, Gellio*

&c.

approbatam esse, quorū judi-
tutius acquiescas; donec addu-
int dissentientes, unde ipsos nō
è judicaviſſe declaraverint.
RGENTE Æ ÆTATIS exor-
n ab *Augusti morte* repeten-
esse non denegaverim; non
d nō post *Augustum* vixerint,
dictionis elegantia & probi-
priores æquarent: sed quod
qe vulgi tunc sensim manife-
degenerare *Latina* lingua ex-
. Imo vel post *Ciceronem* elo-
ntiam se retro dediſſe notat
a; non quia deerant, quos
ndè, eleganter, accurateque
nè loquentes laudaſſes: neq:
illud voluerit *Seneca*, qui
os post *Ciceronem* longè di-
ſſimos Viros sæpe commen-
at, & *epiſt.* 58, *Virgilium* &
anum, *Cicerone* recentiores
doneos testes adducit, quo-
auctoritate confirmaveris hāc

vel illam vocem *Latinam* esse. Inde patet existimasse *Senecam*, etiam post *Ciceronem* bene Latinè locutos esse, qui supra vulgus saperent, licet incuria à prisco nitore plebeja lingua desciverit. Sed quod in omnibus fere linguis dum ab antiqua elegantia declinant, observes evenire, etiam Latinæ contigit; ut tandem quoque ab accuratioribus, recepta plurima sint, vel multitudinis patrocinio commendata, vel antiqui usus specie *antiqua* credita. Talia multa apud *Valerium Maximum*, *Senecam*, *Tacitum*, *Palladium* &c. invenies. Non est dissimulandum tamen *argenteæ ætatis* scriptores, licet non tantum habeant boni succi & vigoris, quantum aureo sæculo permittebatur, commisto tamen dicendi genere superioris ævi scriptores ab illis aliquando vinci. Quod quod & dictionis

tui eo multos progressos vias, ut cum priorum nonnullis itia & elegantia queant conidere. Reperies, ubi *Varrone* edā elegantius expresserit *Coiella*. Sunt in *aurea ætate*, qui argutę dictionis gloria interm cessetit invitus *Seneca*. Haquod laudes, *Tacitus*, habet tonius, habet *Florus*; habent ased pro seculi ratione oppido ostantes apparent. Est & ubi larant se seculo ab aureo retiori vixisse. De singulis quid iam, alibi prolixius exponere retum est. Peragamus ne nūc a scopum evagemur. *Argenætatis* lineam cui ultra tema *Trajani* voluerit extendi Cl. arius, non video. Post *Traja*enim qui extiterunt, clare ipsis scriptis ostendunt suis vo fuisse, quo corruptior erat inæ linguæ ratio, & ab *anti*-

quo nitore alienior. Non in illis est ille dictionis character, quo argenteæ ætati meruerint adscribi. Adjice, quod voces passim invenies ineptas & ingratas, sed suo dignas sæculo; quas castigatæ puræq; Latinitatis cultores vix usurpaverint, nisi meliorum inopia. Nescio, quo melioris ævi argumento ex *ferrea* ætate in *æneam* transtuleris, *Hieronymum*, *Ambrosium*, *Orosium*, &c. Certè quidquid in illis veterum exemplo occurrit, tanti meritò estimaveris, quanti illa, quæ hodie fingi possunt. *Antiquiora* esse non denegaverim; sed magis à fœcibus pura & melius Latina esse nego. Tantum illis dederim, ut non *Latina* esse credidissem *Essentia*, *inenarrabiter*, *fidior*, *pientissimus*, si apud illos solos, non apud *Ciceronem*, *Livium*, *Senecam*, & *in vetustis inscriptionibus* invenissem.

Atque

Atque hæc fuere quæ in *prolemenis* eruditi ſcripti, quod *ters curis* auctius edidit Clar. *Celius*, occurrebant; de quibus nõ re ferat me diſſentire. Speravem illi neque minus gratum fo-, ſi quæ in ipſo *ſcripto* ſe obtuint, de quibus dubitare ſubeat, lerit ea modeſtia expendi, quæ ianioribus literis ſtudentes eat.

CAPIL

rere *pro* affirmare *Ciceronis* xus 11 *Orat. reſtituitur; Varro*is *explicatur. Cæſar. Seneca.* ontrario *pro* contrarie. *Vbi in atinum Græca vertit Cicero, pro erbo verbum reddidiſſe fruſtra* editur. Ferior *pro* Ceſſo, *Callus: Cicero: Varro: Statius.* umilis & Humilitas *pro* virte. *Spartianus* in *vit. Jul.* ex-

cutitur. *Propertii, Virgilii & Lucretii loca expendunur.* Senecæ *lib.* 1. *de ira. Verba Senecæ Tragici in Thy. explicantur. Ejusdem in Hippol. Ejusdem in Octav. Tacitus Hist.* 1. Illegitimus. *Val. Maximus expenditur.* Indigitare, indigitamenta, *quid?* Infernus. Inferna. Rorulentus. Saltem. *Virgilii, Livii, Plinii, & aliorum loca excutiuntur. Quid inter* solum *&* minimum *sit discriminis?* Valedicere.

ASSERERE *pro affirmare* dixisse *Veteres Latinos* ex *Catone, Palladio, Quintiliano* in *Cogitationibus* suis contra *Scioppium* ostendit Celeberrimus *Borrichius.* De *Catonis* loco cum dubitaret *Cellarius*, plura in *Analectis* suis Vir Celeberrimus adjecit ex *Tacito, Seneca, Cicerone.* Verum *Cellarius: Addidit*, inquit, *laudatissi-*

is Borrichius Rosinum illud ex
ceronis I. II. Orator. ego tibi ego
natipho assero. Verum vobis non
tius hoc testimonium est, quam
ud Catonis: quia accuratissimi Cri-
orum Gruterus, Muretus, Lambi-
s pro asero legunt, & defendunt
sero, id est, has arbores plan-
Ergone Cl. Cellarius sobis Gru-
i, Moreti, & Lambini conjectu-
stetit? ubi forte tutius in causa
blica, insurpasse illud Senec.
tum magnorum Virorum judicio
do, aliquid eruleo vendico. Pla-
erit Grutero, placuerit Muretor
mbino placuerit has sero legere:
id inde? Non quomodo magnis
s Viris placuerit legere, sed
omodo legi debeat, quæritur?
consensu Criticorum, si nume-
codicum pugnandum esset, lis
t perorata; Cum plerique le-
it assero. Ita Victorius, Lambi-
, Sturmius, Camerarius, & plu-

res alii. Nescio quo factum sit, ut Cl. Cellarius, scripserit *Lambinum, has fero* legisse; cum libri omnes *Lambini*, quos inspicere licuit, habeant *assero*: nec aliter quem *Cathofredus* edidit. Est quidem hic in margine additum: *Lege has fero, & ita vetus codex*: *subaudi arbores*. Sed fac *Lambinum* ita emendatum voluisse: quid inde? pro more, quæsiverit, quomodo & hic loci, quod sibi non placuerit, reformaret. Intervenit in vetusto quodam codice *hassero*. Non ignotum est, quam olim erat frequens, vocibus à vocali incipientibus H notam aspirationis præponere: unde factum, ut crebræ oppido occurrant, quæ in nonnullis libris *sine*, in aliis *cum* aspiratione legantur: ut *arundo, harundo, aruspex, haruspex: ave, have, ariolor, hariolor* &c. Quam invaluerit olim illa loquendi scribendique consuetu-

), vel ex illo *Catulli*, facilè col-
geris.

Chommoda dicebat, ſi quando cō-
moda vellet

Dicere, & hinſidias Arrius inſi-
dias.

Et cum mirificè ſperabat ſe eſſe
locutum,

Cum quantum poterat dixerat
hinſidias.

Hinc cõjicere promum eſt, de credibile ſit ſuperyacaneas is *aſpirationis* notas in libros epſiſſe: ut nihil contra Celeſtrimi *Borrichii* ſententiam ex *veri illo codice* exculpi poſſit. Sed leamus quid verba Tullii ſuaſint legendum eſſe. *In re eſt, inquit, item ridiculum, quod ex quadam depravata imitatione ſumis ſor-*
Vt idem Craſſus per tuam nobilitatem, per veſtram familiam. Quid fuit in quo concio rideret, niſi vultus & vocis imitatio? &c.

Ex

Ex hoc genere est illa Roſciana imitatio ſenis.

Tibi ego Antipho aſſero, *inquit ſenium eſt cum audio.*

Atque ita eſt totum hoc ipſo genere ridiculum, ut acutiſſimè tractandum ſit. Sed quid acutè dictū, ſi *has ſero* ſubſtinuas? quid ridiculum? quod quid probaverit Tullius? quis ſenſus eſſet verborum? Diverſa omnia, neque clara, neque cohærentia; ad riſum penitus inepta. Scilicet *ridiculus erat illa vocis & vultus imitatio.* Sed quis ignorat operam dediſſe veteres Comicos, ut geſtus verbis, & verba geſtibus convenirent? Quæ verò gratia geſtibus, qui adeo ingrate dicta ſequerentur? Non ergo video, cur vulgatius rejicias: *Tibi ego Antipho aſſero, ſenium eſt cum audio.*

Vox eſt facete exprobrantis ſeni vanam & odioſam in loquendo

prolixitatem, more Comicis tiquis usitato. Sed porrò Clarissimus Varius, *Nihil ergo* inquit, *relinquitur pro auctoritate hujus significationis ex aureo seculo, quod dubitari non possit.* Quid si adhuc aliquid relictum sit, quod diligentissimam Virum præterierit? *Varronem* audiamus. Ita ille lib. 4. de L. L. *Itaque Epicharmus Ennii de*[mente humana dicit. *Isthic est de sumptus ignis.* Idem *solem* adserit: *quem tibi mentis est.* Videlicet tiquis credebantur *animæ*, è *ignes* esse: *humanæ*, quod reliquis præstaret, è *sole sumptus ignis* tabatur. Ergone, inquies, Ennius è *sole ignem* esse statuit? Ita. Nec mirum, cum *idem solem* ac ignem esse *asserat*, id est, firmet. *SOLEM* enim ille dicit, quod *IGNEM* alii referente nobis Varrone lib. 1. de R. R. c. 4. *Ejus scripta sunt eadem, quæ mea di*[se

[redacted]

se Ennius scribit; *aqua, terra, animus, & sol.* Quodhic Ennio SOL est veteres, quos imitatus est Philosophos, IGNEM vocitavisse notũ est ex ipsorum *scriptis & fragmentis*, quæ hodieque extant. Hinc silenus illo Maronis Eclog. 6.

Canebat ut magnum per inane coacta
Semina terrarumque animæque marisque fuissent,
Et liquidi simul ignis, &c.

Ubertius, de universo Tullius. Sed ad rem. Cæsar. l. 3. de bell. Civil. *Magnum enim, quod asserebant, videbatur.* Ita Scaliger, Montanus, Jungermannus, qui accuratissimè Cæsarem ediderunt. Sed cæca contr. l. 7. decl. 2. *Quod Passanus non probabat*, asserens, *minus verecundum esse, aut tolerabile.* De loco Plauti *Rud.* III. 3. apud Taubmannum, qui addi potuit, dubitare me non iuficion; cum omnes accurato-

res

s libri pro *asserat* habeant *asse-*
t: ut adscribere non attineat.
ertum tamen est, notante *Taub.*
anno, prius illud *asserat*, non di-
licuisse.

CONTRARIO pro *contrarie*, *La-*
num esse Scioppius, & Paræus ex
icerone de univers. monstrare co-
ati sunt, sed, observante Celeb.
orrichio infeliciter; cum ibi nō
ntrario sed *contrarios* legatur. Ad
ec *Cellarius An verò etiam*, ait,
: *Cic. de univers. probari possit, lis*
[illegible]
m, nihil hoc Cicero prodest, qui a
nes contrarios habent: sin ingen o
iticorum aliquid concedendum
rei, Gifanii, Scioppii, Jo. Andreæ
sii omnino quod videtur adverbiū
estare, quod Græca, quæ Cicero
pressit, adverbio potius, quam ad-
tivo consonant. Ita autem Plato
Timeo: [illegible]
Levius equidem illud est,

quam

quã ut hic Cl. Virum dubium teneret. Quis enim eo Ciceronem adigeret, ut verbum verbo redderet? quod sibimet non adeo familiare fuisse docet. *Orat.* 3. Scilicet *Plato habet ἐναντίως, illud Cicero debuit per contrario exponere.* Illud forte sibi persuaderi passus fuisset Cicero à *Criticis*, quorum conjecturis se defendit Cl. Cellarius. Fuit *Ciceroni* promptum respondere, non esse, quo eo cogeretur. Quid ab illis, qui hic tanti fiant, petisset Cicero, attentius excuterent, quæ ex *Platone*, quæ ex *Aristotele*, quæ ex *Xenophonte*, quæ ex aliis transtulerit? Quam advertissent se in eo falli, quod *Ciceronem* verbum verbo reddidisse putarent, quia Græca Latine verrit? Si velis Vir Clarissime è corruptum omnino esse illum *Ciceronis* locum, unde confeceris *contrarios*, non *contrarie* legendum

ſe ex mente *Lambini*, quem ac-
uratiſſimos inter Criticos numeras?
ontrarie ſæpe apud Ciceronem
veniesjunde ſi vitioſus eſſet, po-
iſſet locus reſtitui.

*FERIOR pro ceſſo non auſim dice-
extra participium.* Voſſius: Au-
ent tamen, qui *Catulli* illud in
rvig. Vene. à Celeber. Borrichio
ɔſervatum probe velint excu-
re.

—— Nec tamen credi poteſt
Eſſe amorem feriatum, ſi ſagittas
vixerit.

Cellarius verò: *Dato*, inquit,
rfectum indicativi eſſe, non tamen
t priſca auctoritas huic verbo con-
bit. De *ætate Catulli* fruſtra du-
ari mõſtravit in *Analectis* Ce-
rerr. Borrichius. Addidit in-
ioremrei fidem Ciceronis il-
l apud *Macrobium* in Som. Scip.
c. 4. *Tum Scipio, Patimini me*
uit, quoniam tertium jam diem
feriati

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

feriati sumus. Nec mirum eo verbo non abstinuisse *Ciceronem*, quo *Varro* (quem *Virum* vocat *ingenio præstantem, omnique doctrina*) usus est aliquoties. Ita enim lib. 5. de L.L. *Quirino, quod ei Deo feriæ, & eorum hominum, qui fornacalibus sueis non ferunt* feriati. Et paulo post. *At cum* sunt feriati *Olitores.* Forte & momenti aliquid habuisset, si certum esset, ex nonnullorum opinione ita legendum esse illud *Statii* Sylv. 1. car. 6:

Et Phœbus Pater & severa Pallas
Et Musæ procul ite feriatum.

HUMILIS, HUMILITAS. *Vergens Latinitas est*, inquit Cellarius, *cum pro virtute superbiæ opposita ponuntur. Spartianus vita Juliani cap. 9. Objecta est superbia, cum ille etiam in imperio fuerit humillimus. Doctissimus Borrichius in eo est, ut ex Virgilio* XII. 390. *& ex Propertio*

tio III. Eleg. 17. idem probet, utrobique videtur habitus in am prostratorum significari. Vo- si velit Clar. Cellarius apud rtianum virtuté denotari; nul- um; nõ apud antiquos invenies, lorem ostenderis. Videamus vo humilem Julianum fuisse, ent historici. Projectum impe- n per turpitudinem & dedecus reatum fuisse, vitaque parum- inentis refert Herodianus: qui adeo humilis & abjecti animi e, ut tunc primum corrupti mi- n mores, fedeque & insatiabilis nia cupiditas inoleverit. Impe- tiam potitum Julianum, deli- se continuo rapidaque dedisse. Rempub. indiligentem, vitam- molliſſimam luxuque circumflu- n traduxisse, ut ab omnibus con- eretur. Plura sunt apud Dio- Cedrenum, Syncellum, Sper- m, & alios humillimi & abje-

ctissimi

tissimi animi documenta. Non ergo video, quo se *Didius* ille *Julianus* Cl. *Cellario* probaverit adeo, ut ex illa ipsius *humilitate* apud *Spartianum virtutem* vellet interpretari. Atqui dices; *apud Spartianum humillimum opponi superbo*. Ita scilicet opponi manifestum est, ut *humilitas* & *superbia* sint contraria duo *mediæ* virtutis *extrema*, quorum neutrum virtus est.

Quod ad *Properti* & *Virgilii* loca attinet; *prostratos in terram gentiles adoraſſe Deos ſuos*, non denegaverim. De eo non est controversia. Quæstio est, utrum virtutis locis *ſolus corporis proſtrati habitus* significetur; an verò *actio* denotetur, qua declarabant *animum ſe demittentem*, *reverentemque Deos*? Si solum velis *habitum* significari; dicas, cur *gentilibus* persuasum esset, non *nudo corporis*

geſtu

u iratos placari potuiſſe Deos?
ad irę divinę placamina opus
, ut mens fuerit *humilis formi-*
divûm; quæ eſſet caſta, pura,
erbiæ vitio immunis. Pau-
auſam gentilium peroret Pli-
Paneg. c.3. *Animadverto etiá*
ipſos, non tam accuratis ado-
um precibus, quam innocentiæ
uſtitate lætari, gratioremque
ari, qui delubris illorum pu-
caſtamque mentem (alienam à
bia, cui perquam infenſi
rant) *quam qui meditatum*
en intulerit. Ac ſi non careret
nduſtria vanæ gloriæ ſuſpi-
. Ita debuerunt omnia pla-
s *humiliter* geri Diis? Ecquis
rtium, ecquis *Virgilium* ad-
it; ut ipſimet hæc ignoraſſe
rent, ideoque ſe *ſolum pro-*
corporis habitum in ſuis ver-
reſpexiſſe; ut ſenſus eſſet
rum: *Nos non ſancta & hu-*

mili mente vestrum, Dii venerari numen: sed lepidos gesticulatores vestris advolvi aris.

Præterea Cl. Cellarius: *Addit,* inquit, *Borrich. Lucret. versum 651. Efficiunt animos humiles formidine divum. At ne hic quidem certissimè notatur virtus aliqua, sed terror & timor ex fulgurum, aliorumque, quæ supra mortalium vires sunt, contemplatione ortus.* Esto, TIMOR aliquis hic denotetur. Quæritur, vitione ille, an virtuti duceretur? *Humana timere* Gentilibus *vitium* erat: *divina* timere *Virtus.* Inusitata Gentiles *timuerint* ostenta. Si verò ita *timerent*; ut ab iratis Diis ostendi crederent, quo ad melioris vitæ rationem revocarentur: quis *Gentiles* illud vituperasse dixerit? Quis ignorat, qui *Dionysium, Plutarchum, Catonem, Livium, Valerium* alioſve legerit, adeo *ostentis* sæpe perculsos animos

mos ſuperbos diu ſecũdis rebus; ut inde facti ſint.

—— *humiles formidine Divum* proſpexerintque ſedulo, quibus ſingula poſſent *procurari*, placarique *Dii*. Si *vitium* Gentilibus fuiſſet ita *timere*, ita *HVMILEM eſſe*; credas, *illos* exiſtimaviſſe, vitia *vitiis* camulando conciliari *Deos*: cum nihil *Diis* æque inviſum crederent? Illi, ut ſcite cecinit Ovidius,

Sæpe levant pœnas, ereptaque lumina reddunt.
Cum bene peccati pœnituiſſe vident.

De loco *Senecæ*, quem Celeb. *Richius* adduxit in *Analectis*, Cl. Cellarius: *Verum*, inquit, *hæc ſenſus ex verbis liquet. Dubitat, an virtus humilis magna dici poſſit, hoc eſt, ut explicat, extolli & deprimi &c.* Senecam *dubitanter* diſputare:

re: quid inde contra Celeb. *Borrichium* confeceris? Ita enim in *Annal.* pag. 14. *Hinc & Seneca l. 2. de ira cap. 6. in virtute agnoscit humilitatem*. Certè qui de *duobus* disputat, ut *alterum* probet; oportet agnoscat prius, *utrumque* dici: si velit *alterum* dici melius. Hinc quæstio fuerit, non quid de *virtutis* natura ex sententia Stoicorum definiendum sit? Sed an ex *loco Senecæ* constare queat, ita etiam vocem *HVMILIS* usurpatam *veteribus* fuisse, ut *vitio* caruerit? Si Cl. Cellarius *misericordiam* pro virtute posuerit, ipsumne credam existimaturum, illud sibi non licuisse, quia *Stoici* rem aliter interpretantur. Si quis *superbiam* in bonam partem adhiberet; quis ipsum ex aliqua *superbiæ* descriptione apud *antiquos* convincere vellet erroris; nisi qui nesciret, quam sæpe ea significa-

tione

tione apud *ipsos* adhiberi soleat. Sed ad rem. Prodeat iterum in scenam *Seneca*: ita ille in *Thy.*

Laus vera & humili sæpe contigit viro;
Nonnisi potenti falsa,

Hic per *HVMILEM infimum quemvis* ex plebe esse intelligendum, ægre assenserim *Farnabio.* Verba namque *Senecæ* si diligentius expendas; manifestum erit, alia, atque sentit *Vir clarissimus*, spectasse, quos *Tragicus* inducit colloquentes. Convenienter ipsemet alibi, sed in re ferè simili, quo laus *HVMILI* contingat, docet.

Troad. Act. 2.

Violenta nemo imperia continuit diu:
Moderata durant. Quoque fortuna altius
Evexit & levavit humanas opes;
Hoc se magis supprimere felicem

decet,
Varioſque caſus tremere metuen-
tem Deos
Nimium faventes.

Idem in Hippol.

Committe curas auribus mater
meis,
PH. *Matris* ſuperbum *eſt nomen*
& nimium potens;
Noſtros humilius *nomen affectus*
decet;
Me vel ſororem, Hippolyte, vel
famulam voca.

Idem in Octav.

Munus Deorum eſt, ipſa quod ſer-
vit mihi
Roma & ſenatus; quodque ab in-
vitis preces,
Humileſque *voces exprimit no-*
ſtri metus.

Quod locum *Taciti* à Celeberrimo *Borrichio* adductum attinet, non video cur hunc in dubium vocet Cl. *Cellarius*: cum ex ipſis ver-

verbis appareat, vitioſi nihil ſignificari. Ita *Tacitus* Hiſt. 1. *Et Vitellius apud ſeveros* humilis: *Ita comitatem bonitatemque faventes vocabant.* Si *vitium* hic eſſet *humilem eſſe*: quare faventes ſtudenteſque gloriæ Vitellii *humilem* vocaſſent? Hoccine eſt ſtudere gloriæ alicujus exprobare vitia & objectam indolem cavillari? Certe non expediiſſet ad ſperatam ex adulatione gratiam, *humilem* vocaſſe; ni nomen habuiſſet, quod placuiſſet *Vitellio*. Objicit Cl. *Cellarius Freinshemium aliter explicuiſſe*. Quis verò non videt eam ipſius explicationem eſſe à mente alienam? Non enim iis verbis dicat *Tacitus* quid de *Vitellio* putarent alii; ſed quo nomine *comitatem ejus bonitatemque favenres vocabant*. Addit Cl. *Cellarius*: *Adeo nulla hic virtus apparet.* Nullam *Vir clariſſime*, inimicis *apparuerit*:

rit. non obstat, modo quod *virtuté* fingerent amici, *virtutis* nomine appellarent.

De *ILLEGITIMUS*, quæ scripsit in *Analectis* Celeberrimus *Borrichius*, ita multis doctis Viris probata sunt, ut sibi satis factum esse confiterentur. Forte nec cur dissentias invéneris, re accuratius expensa. Ad *MSS.* & *impressos* codices provocat Cl. *Cellarius*. Libros libris æque emendatos opponit Celeb. *Borrichius*; evidentique rei argumento monstrat, adducto in *Cogitationibus Valerii* loco *Illegitime* legendum esse. Ad hoc *Cellarius* nihil tantum plurium *Vorstio* consentientium verba recitat. Vtinam advertisset *Vir clarissimus*, ita ab illis explicatum esse locum *Valerii*; ut penitus neglecta sit, quam ad rem hoc apertius declarandam à *Valerio* adjectam vides particulam *quasi*: ex

qua

qua facile ſuſpiceris, corruptos eſſe, quos cum *ſuis* ſecutus eſt *Cellarius* codices. Audiamus ergo verba *Valerii*: ita ille lib. 2. c. 1. *Quæ uno matrimonio contentæ fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. Exiſtimabanc enim, eum præcipue matronæ ſincera fide incorruptum eſſe animum, qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret, multorum matrimoniorum experientiam*, quaſi illegitimæ *cujuſdam* intemperantiæ *ſignum eſſe credentes*. Secundis nuptiis non ſine inſigni pudicitiæ documento abſtinebatur. *Iterum* verò, imo *tertium nubere* non prohibebant leges. Res eſt in confeſſo. Verum illa *legitima* ad ſecundas tertiaſque nuptias tranſeundi, *intemperantia, QVASI ILLEGITIMA* cenſebatur; quia illam ſibi pudicitiæ legem dixerunt, quibus *erat ſincera fide incorruptus animus*, ut *una*

matrimonio contentæ essent : ne suspicione lasciviæ indignæ judicarentur, quæ *pudicitiæ coronâ* deberent honorari.

INDIGITARE pro *indicare non esse certissimæ Latinitatis* credit Cl. *Cellarius*. Verum ex *Varrone* Celeberrimus *Borrichius* edocuit eo etiâ sensu *in argumento* sacro usurpâsse *Veteres*. Hinc observante præter alios *Scaligero*, apud *Festum* ex *Varrone* eâ significatione *indigitamenta* reperies, quæ apud alios *indices*. Indigitamenta *sunt carmina pontificum, quæ & nomina Deorum, & rationis ipsorum nominum continent.* Et Festus alibi: *indigitamenta, indicia.* Nec aliter *Glossæ* veteres.

INFERNUS pro *inferis* rectè dici ex *Varrone* contra *Vossium* ostendit Celeb. *Borrichius*. Verum dubitat Cl. Cellarius, utrum *infernus tenebrosus*, an *tenebro*, vel

tene-

nebrio legendum sit. Monstret go Vir *Clarissimus*, quis esset il- *infernus tenebrio*, de quo hic lo- tus esset *Varro*. Monstret, de *ta-* liquo loqui *Varronem* potuisse. scio, qua ratione illud asseve- erit Cl. *Cellarius*, cum ejusmo- *tenebrionem* antiquis notum le nondum ostenderit. Infer- n verò barathrum dicere *tene- rum* antiquis oppido frequens Nec mirum est simili modo *NFERNO* loqui hic *Varronem*: *tenebrarum* sæpe meminit *in- rum*; nusquam verò *tenebrio- iferni*. *vod INFERNA Plur. æque re- t Vossius*, non probat Cl. *Cel- r*; cum *Solinus & Lactantius* nt. Sed horum testimoniis fuerit, ubi locupletiora de- Nunc *Senecam audiamus*. *rt. Fur.* LY. *Animosne mer- sus inferis conjux facit?*

ME. Inferna *tetigit*, *posset ut*
supera assequi.

Nec ignotum esse potest, quod de Judæis *Tacitus* lib. Hist. v. c. 5. *Corpora condere, quam cremare, è more Ægyptio: eademque cura, & de* infernis *persuasio.*

RORVLENTVS non antiquis penitus ignotum fuisse, auditores suos ante aliquot annos ex *Plinio* docuit Celeberr. *Borrichius.* Laudandus in eo meritò *Cellarius* est, quod & eadem invenerit.

An *SALTEM* pro *solum* Latinum esset dubitavit in *Antibarbaro* Clar. Cellarius. Sed ex quo adverterit alia in *Cogitationibus* docuisse Celeb. Borrichium, mutavit sententiam; ut in *Curis Posterioribus* confiteretur *argenteæ ætatis* esse; se verò de *aurea* dubitare. Non verò video, cur dubitetur. Sit vox *ambigua*: sit, ubi *solum*: sit; ubi *minimum* denotet: ex

an-

antiquorum ergo usu definiamus, quam utraque significatio latè pateat, ne confundatur. *SOLUM illi* adhibuere, ubi *unicum tantum* petierint, egerint &c. Id quod nulli non notum esse potest. *MINIMUM* dixisse *veteres*, ubi *præter alia* quæ peti & agi poterant, *unum* elegerint, dudum ex *Varrone Cicerone* & aliis compertum est. Ad hæc si attendas, facilè dijudicaveris, ubi *SALTEM minimum*, ubi *solum* denotet. De locis *Virgilii* & *Ovidii*, quos in *Cogitationibus*, & *Livii*, quem in *Analectis* Celeb. *Borrichius* adduxit, dubitat Clar. *Cellarius*, ratus ibi *SALTEM* per *minimum* exponi posse. Verum (1) si de eo res esset explicanda, quo detorqueri potest, de quo finxeris explicari posse; erit etiam ubi *TANTUM* per *minimum* explicueris: ut in *Virgilii*

Æneid.

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles, si quis mihi parvulus aula
Luderet Æneas, qui te tantum ore referret,
Non equidem omnino capta ac deserta viderer.

(2) Est in designanda *vocis* significatione videndum, quid potissimum ferat præsentis rei ratio; cui quod minus convenerit etiam à mente Scriptoris alienius esse censendum est: ut in illo *Virgilii Georg.* I.

Hunc saltem everso juvenem succurrere seclo,
Ne prohibete . . .

Hic *saltem* per *minimum* exponit *Cellarius*; cum tamen per *solum* convenientius exponi res ipsa suadeat. Solus enim *Augustus* de quo hic *Virgilius*; everso cre-

de-

debatur ſuccurrere poſſe ſeculo: cum primus poſt tot eximios *Reges* tot *Conſules*, *imperium* condidiſſe diceretur: ubi conciliata orbi pace, pronum in omnia mala, & in luxum fluens *ſeculum* gravibus ſeveriſque legibus multis coërcuit. Res eſt ex *Dionyſio, Manilio, Ovidio, Suetonio, Tacito, Floro, Plutarcho, Dione &c.* manifeſtiſſima. Fruſtra eſt, qui tot locupletiſſimis teſtibus velit adverſari.

De loco Livii Cl. Cellarius: *Quid*, inquit, *incommodi, ſi interpretarer*, DAS GVM ROENIGSTEN? Aliquid eſt incommodi, Vir Clariſſime. Illa ſignificatio huic loco non convenit. Intueamur verba *Livii* lib. XLI. cap. 6. *Eadem & Sardorum legati nunciabant, oranes ut urbibus* ſalteni (*jam enim gros deploratos eſſe*) *opem ſenatus rret*. Illud concedi decet: ubi

uni-

unicum tantum petis, præter *illud* tunc peti nihil, ſed quando *hoc* vel *illud* tibi *minimum* dari petis, poſt alia petita nec impetrata, *extremum aliquid petitur, quod negari minimè debeat Gell. lib.* XII. *c.* 14. Atqui *Sardis*, quod peterent, *tantum* supererat, ut ferrent *urbibus* opem *Romani*: agros enim, jam deploratos eſſe conquerebantur.

Incertum eſt an *Varronis* illa verba ſint apud *Plinium* l. 13. cap. 11. *Cum in Sebennytico* ſaltem *ejus nomo omnis charta naſcatur*. Locus fruſtra *Dalecampio* ſuſpectus eſt; nec decet ad unius arbitrium temere reformari. *Seneca* Herc. Oet.

In me ſaltem *jaculare facem, Semelemque puta. Id.* ib:
Mutetur orbis, vallibus currat novis
Iſter, novaſque Tanais accipiat vias.

Da,

Da, da tuendos, Juppiter, saltem
Deos.

VALEDICERE legi conjunctis
llabis apud *Ovidium* & *Senecam*,
editionibus accuratissimis
einsii & *Gronovii* docuit Celeb.
orrichius. Verum Cl. *Cellarius*,
ivisis syllabis legendum esse sta-
uit; *sicut eodem libro Ovidius sæpe*
ale *dicto*. Sed justo liberalior est
la argumentandi ratio; quod
nterdum *separatim* scribi obser-
averis, ita semper scribendum
sse. Quid si hoc pacto dicerem
nsuefacere non rectè scribi; quia
arronis est *consue quoque faciunt*:
on rectè *excandefacere*; quia e-
sdem est *excande me fecerunt*. &c.

Hactenus de iis, quæ in *Cogi-*
tionibus Celeb. *Borrichii* dubia
sa sunt *Cellario*: in quæ ita ani-
advertendum duxit Vir Clarís-
nus; ut à se nihil nisi boni pu-
ici studio tentatum esse multis

mo-

modeſtiæ & eruditionis ſuæ documentis declararet. Non ægre ferat, ad ea nunc tranſiri, de quibus in *Analectis* Beleber. *Borrichii* dubitare ſe faſſus eſt. Sinat & *Cunas* suas *Tertias* pari modeſtia expendi ſimul; ut nec prætereantur, quæ ſententiæ ipſius ſtabiliendæ queant conducere, & ſine bile afferantur, quæ diſſentire ſuadeãt.

CAP. III.

Abominor. *Quid ſit* ægritudinem *inter & ægrotationem diſcriminis?* Ægritudinem *etiam animi eſſe argenteæ ætatis Scriptoribus. De uſu vocis* Æquor *apud Poetas.* De uſu *Particulæ* An.

ABOMINOR *ſuſpectum multis fuit, quod in Ciceronis libris non ſupereſt. At Ovid. lib.* III. *Pont. Eleg.* 1. *quod abominor: & Livius lib.*

b. VI. 40. *Quod abominaris: & c.* o. *abominaremur* &c. Hæc Cl. *Cellarius*; ſed præeunte viam in *Anactis* Celeb. *Borrichio*. Forte in *Analectis* adducta inter illa reenſeri voluit Vir Clariſs. quę bi *in memoriam à Celeb. Borrichio* ꝛpreſſa dicit, poſtquam excideant. Excidit ergo & illud *Livii* b. 6. c. 18. *Benefacitis, quod* abominamini.

ÆGRITUDO, inquit Cellarius. *iceroni eſt tantum animi non corpo-s lib.* 3. *Tuſc. cap.* 10. *ut ægrotato in corpore, ſic ægritudo in anima equenti ſæculo fere neglecta fuit diinctio.* Paulo poſt, *Tamen Hieronymus infima fermè ætate diſtinctios memor &c.* Scilicet tantum eſt *ritudinem* inter & *ægrotationem* ud *Ciceronem* diſcriminis; quantum inter illa, quæ ſæpe ab antiis ſcriptoribus dici diverſa ent, de eodem licet alibi loco-

rum

rum uſurpentur. Hinc quod loco à Cl. *Cellario* adducto, in *corpore* dixit *eſſe* Cicero, *lib.* 4. *Tuſc. in animo eſſe* aſſeveravit: *Quomodo in* corpore *morbus*, ægrotatio & *vitium*, *ſic in* animo. Id: ib. Ægrotationes *autem & morbi* animorũ *difficilius evelli poſſe putantur*, *quá ſumma illa vitia*, *quæ virtutibus ſunt contraria*. Id. Tuſc. 3. *Nomen ipſum inſaniæ ſignificat* mentis ægrotationem *& morbum*, *id eſt*, *inſanitatem &* ægritudinem *animi*. *Id. Tuſc.* 3. *Carnificina eſt* ægritudo: *habet ardorem libido*: *levitatem lætitia geſtiens*; *humilitatem metus*; *ſed* ægritudo *majora quædam*, *tabem*, *cruciatum*, *afflictionem*, *fœditatem*. Hæc *ægrotatio*, hæc *morbus* habet. Non eſt diſſimulandum, *ægritudinem* pro *animi vitio* apud antiquos ſæpius inveniri: pro *morbo corporis ægrotationem*: illud verò ab *argentei ævi* ſcriptoribus

ferè

rè neglectum esse Clar. *Cellario* n assentior. Ita *Seneca* lib. 11. Clem. *Misericordia est* ægritu- animi, *ob alienarum miseriarum* ciem.

Valerius Maximus lib. 1. c. 1. Per mmam ægritudinem animi *ex- iravit.*

Curtius lib. 4. c. 41. *itineris con- ui labore* animique ægritudine tigata.

Idem lib. x. c. 33. *Itineris labor* ægritudo animi *vulgaverant orbos.*

Tacitus An. v c. 8. *Vitamque* ritudine animi *finivit.* Etiam o *morbo corporis* idem usus est n. 11. 29. An. 11. c. 69. *Colu- lla* lib. 7. c. 5. *Agnis quoque suc- rendum est vel febricitantibus,* ægritudine *alia affectis.* Simili- *Florus* lib. 4. c. 7. *Quamvis du- non essent præsentes,* quorum *al- um* corporis ægritudo, *illum*

metus & ignavia subduxissent. Sed redeamus unde digressi sumus.

Auctor Epit. lib. Liv. XL. *Philippus* ægritudine animi *confectus*. *Justinus* lib. 32. c. 2. *Igitur Perseus perspecta Patris* ægritudine, *quotidie absentem Demetrium apud eum criminari*. Indignabatur Pater *Philippus*, plus momenti apud Senatum Romanum *personam filii*, quã auctoritatem *Patris*, & dignitatem Regiæ Majestatis habuisse.

Id. ibid. c. 3. *Morbo ex* ægritudine animi *contracto*.

Hinc patet non opus fuisse, ut sibi Cl. *Cellarius* persuaderet; recentiorem *Hieronymum*, aureæ ætatis Scriptoribus frequentem, vocis usum velut neglectum diu tandem observavisse.

ÆQUOR proprie quævis planities est, inquit Cellarius, *Cic. lib. 1. div. c. 42. Colum. lib. 8. c. 17. Hinc Poetis absolutè significat, cum mare*

vocant

nt æquor. At verò de usu *vo-*
pud *Poetas* certius quid con-
notandum est, etiam ab illis
campi planitie, non pro *mari*
um adhiberi. Ita namque
etius l. 3.

lani raptim petit æquora campi

Virgilius Æneid. 7.

lius ardéteis haud secius æquo-
re campi
xercebat equos.

ur autem pro *mari* posuerint
e, nos *Varro* doceat l. 6. *de*

Æquor *mare appellatum, quod*
tum commotum vento non est.
N, ÆN, OB ODET, *in dubita-*
inquit Cellarius, *Seneca Suas:*
c. Sed hæc de bimembri oratio-
Quod si tres partes disjungendæ
duas posteriores an, an *conne-*
. Non omisisset *Vir Clarissi-*
c plures orationis partes ea-
particula sæpius repetita
cti. Varro *lib.* 8. *de L.L. Quæ*
enim

enim eſt pars mundi, quæ non innumerabiles habeat analogias? Cœlum; an *mare;* an *terra;* an *aer, & cętera, quæ ſunt in heis.* Cicero *de Orat. Quæſitum eſt, totone circuitu,* an *in principiis ſolum,* an *in extremis,* an *in utroque numerus tenendus ſit.* Seneca *de brev. Vitæ* c. 12. *Hunc tu ignorantem* an *ſedeat putas ſcire;* an *vivat,* an *videat,* an *otioſus ſit.*

Seneca *Troad.*

Gnatam an *nepotem, conjugem* an *patriam fleam?*

An *omnia;* an *me.*

Atque ita apud antiquos Latinos particulam hanc ſæpius uſurpatam invenies. Invenies & eo modo, quo adhibuit Seneca de *Conſt. Sap. cap.* v. *Cogita nunc an huic fur,* an *calumniator, aut vicinus potens, aut dives aliquis regnum orbę ſenectutis exercens facere injuriam poſſit.* Eſt & ubi particula

Et

ſolet adjici, ut in ſupra dato *rronis exemplo.*

CAP. IV.

nfidentia & Fiducia, *tam in bonam, quam in malam partem ſolent ab antiquis adhiberi* Confundi *pro pudore affici & erubeſcere. De locis Livii lib.*30. *c.*14. & 35. *c.*15. *Senecæ de Clem. lib.* 11. *c.* 5. *fruſtra dubitari. Ovid. Triſt. l.* 111. *Statius explicatur.* Conſiliari *dubium. Apud Horat. lib.* 3. *Car. Od.* 3. Conciliantibus *pro vulgato* Conſiliantibus *legendum eſſe monſtratur. Varronis, Ovidii & Livii loca corrupta.* Converſatio *Cellarii opinione antiquis frequentius.* Cordatus *pro animoſo. Senecæ locus Apo. Cl. Cæſ. expenditur.* Corporalis & incorporalis *non tuto Latinitatem inclinantem credi*

oſtenditur ; Cauſa pro Ergo.

COnfidentia, inquit Cellarius, *medium vocabulum eſt, Donato in And. Terentii Act. v. ſc. III. at veteribus ferè ſemper in malam partem accipitur. Poſteriores in bonam ſumunt.* Ergone aliquid *Planto* dandum? Ita ille *Amphit.* Act. v. ſc. I.

Spes atque opes meæ jacent ſepultæ in pectore,
Neque ulla eſt confidentia *jam meo in corde, quin amiſerim.*

Idem in *Aſin.*

Confidentia *ſcapularum, virtute ulmorum freti.*

Cicero *Famll. 7. ep. 8. Illa Cn. Pompei ſunt animadverſa, quæ maxime* confidentiam *attulerunt hominibus.* Scilicet iis effectum eſt, notante *Manutio*, ut confiderent homines, velle Pompejum potentiæ Cæſaris obſiſtere. Neque

mi-

rũ ſtudioſum antiquitatis *Cicerone* eo ſenſu hic vocem adhiſſe, cum *mala conſuetudine* tanquam factum doceat *Tuſcul.* III. *in vitio ponatur.*

Hinc collegeris nõ magis peruum eſſe *conſidentiam* in malam rtem, quam *fiduciam* in bonam rtem ſumi. Ita licet de *fiducia* tiant literatores, illorum tãn pace diſſenſerim. Livius *lib.* c. 62.: *Perſeus hanc ipſam ſuperm*, quippe ex fiducia *virium eſimere.* Ovidius *art. amand. lib. I.*

Prima tuæ menti veniat fiducia *cunctas*
Poſſe capi.

Seneca l. 6. *de beneficiis. Parum llum contuleris, ſi illi ſemel ſtulı* fiduciam *permanſuræ ſempereutiæ excuſſeris.* Frontinus *Strati* I. *Marcus Portius Cato devictas ſe civitates Hiſpaniæ exiſtimabat tempore rebellaturas* fiducia *murorum.*

rorum. Justinus *lib.* 23. *c.* 1: *Partem civitatum à se fiducia virium dissidentem armis subegit.* Idem *lib.* 11. *c.* x. *Ipse autem primus in fuga, postremus in prælio semper visus est, in periculis timidus: sicubi metus abesset inflatus: denique ante experimentum belli* fiducia *virium veluti naturæ ipsius Dominus & montes in planum ducebat.*

CONFVNDI pro pudore affici sacris scriptoribus usitatissimum: Latinis priscis est misceri, perturbari: sequioribus demum erubescere. Celeb. Borrichius in Annal. Livium l. 30. *c.* 14. & 35. *c.* 15. *Senecam de Clem. l.* 11. *c.* 5. *opponit. Verum uterque si non magis, æque tamen de perturbatione & mentis* ἀπορία, *quam de pudore intelligi potest.* Hæc Cl. Cellarius. Varie turbari animum posse non denegaverim. Quæstio est, quo potissimum affectu citatis locis turbatum innuant *Livius*

Seneca. Adſunt ubique non ſcura argumenta *ruboris* ex pu re; quibus manifeſtum eſſe po ſt, quid de ſtatuere conveniat. iori loco narrat *Liuius Maſiniſ m*, monente meliora *Scipione*, bidine ſuâ & intemperantia ubuiſſe; atque hinc *confuſum* vo it. Res eſt ex verbis *Liuii* atten enti clara: ut non eſſet, quod a um hic affectum fingeret Clar. *ellerius*, unde *Maſiniſſæ rubor ffunderetur*, niſi quod probri pu leret.

Quo (poſteriori loco) *confu um* Alexameni animum dicat *Li ius*, ex eo facilè collegeris; quod nuit ipſum ante, quam facinus ggrederetur, cogitatæ cædis pu lore turbatum eſſe: quod talia nolientibus, initio ſæpius eveniſ e notum eſt.

Seneca *lib.* 11. *de Clem.* docet *magnum ver e Clementis Viri* animum

unicum tantum petis, præter *illud* tunc peti nihil, ſed quando *hoc* vel *illud* tibi *minimum* dari petis, poſt alia petita nec impetrata, *extremum aliquid petitur, quod negari minimè debeat Gell. lib.* XII. *c.* 14. Atqui *Sardis*, quod peterent, *tantum* supererat, ut ferrent *urbibus* opem *Romani*: agros enim, jam deploratos eſſe conquerebantur.

Incertum eſt an *Varronis* illa, verba ſint apud *Plinium* l. 13. cap. 11. *Cum in Sebennytico* ſaltem *ejus nomo omnis charta naſcatur.* Locus fruſtra *Dalecampio* ſuſpectus eſt; nec decet ad unius arbitrium, temere reformari. *Seneca* Herc. Oet.

In me ſaltem *jaculare facem,*
Semelemque puta. Id. ib:
Mutetur orbis, vallibus currat novis
Iſter, novaſque Tanais accipiat vias.

Da,

Da, da tuendos, Juppiter, saltem
Deos.

VALEDICERE legi conjunctis syllabis apud *Ovidium* & *Senecam*, ex editionibus accuratissimis *Heinsii* & *Gronovii* docuit Celeb. *Borrichius*. Verum Cl. *Cellarius*, divisis syllabis legendum esse statuit; *sicut eodem libro Ovidius saepe vale dicto.* Sed justo liberalior est illa argumentandi ratio; quod interdum *separatim* scribi observaveris, ita semper scribendum esse. Quid si hoc pacto dicerem *consuefacere* non rectè scribi; quia *Varronis* est *consue quoque faciunt*: non rectè *excandefacere*; quia *ejusdem* est *excande me fecerunt*. &c.

Hactenus de iis, quæ in *Cogitationibus* Celeb. *Borrichii* dubia visa sunt *Cellario*: in quæ ita animadvertendum duxit Vir Clarissimus; ut à se nihil nisi boni publici studio tentatum esse multis

mo-

modeſtiæ & eruditionis ſuæ documentis declararet. Non ægre ferat, ad ea nunc tranſiri, de quibus in *Analectis* Belebr. *Borrichii* dubitare ſe faſſus eſt. Sinat & *Curas* suas *Tertias* pari modeſtia expendi ſimul; ut nec prætereantur, quæ ſententiæ ipſius ſtabiliendæ queant conducere, & ſine bile afferantur, quæ diſſentire ſuadeāt.

CAP. III.

Abominor. *Quid ſit* ægritudinem *inter &* ægrotationem *diſcriminis*? Ægritudinem *etiam animi eſſe argenteæ ætatis Scriptoribus. De uſu vocis* Æquor *apud Poetas.* De uſu *Particulæ* An.

ABOMINOR *ſuſpectum multis fuit, quod in Ciceronis libris non ſupereſt. At Ovid. lib.* III. *Pont. Eleg.* 1. *quod abominor: & Livius lib.*

. VI. 40. *Quod abominaris: & c.*
). *abominaremur* &c. Hæc Cl. *Cel-*
ius; ſed præeunte viam in *Ana-*
ctis Celeb. *Borrichio*. Forte in
nalectis adducta inter illa re-
nſeri voluit Vir Clariſs. quę
)i *in memoriam à Celeb. Borrichio*
preſſa dicit, poſtquam excide-
nt. Excidit ergo & illud *Livii*
). 6. c. 18. *Benefacitis, quod* abo-
namini.

ÆGRITUDO, inquit Cellarius.
eroni eſt tantum animi non corpo-
lib. 3. *Tuſc. cap.* 10. *ut ægrota*
in corpore, ſic ægritudo in anima
quenti ſæculo fere neglecta fuit di-
ctio. Paulo poſt, *Tamen Hiero-*
nus infima fermè ætate diſtinctio-
memor &c. Scilicet tantum eſt
ritudinem inter & *ægrotationem*
ad *Ciceronem* diſcriminis; quan-
n inter illa, quæ ſæpe ab anti-
is ſcriptoribus dici diverſa
nt, de eodem licet alibi loco-

rum

rum uſurpentur. Hinc quod loco à Cl. *Cellario* adducto, in *corpore* dixit *eſſe* Cicero, *lib.* 4. *Tuſc. in animo eſſe* aſſeveravit: *Quomodo in* corpore *morbus*, ægrotatio & *vitium*, *ſic in* animo. Id. ib. Ægrotationes *autem & morbi* animorũ *difficilius evelli poſſe putantur*, *quá ſumma illa vitia*, *quæ virtutibus ſunt contraria*. Id. Tuſc. 3. *Nomen ipſum inſaniæ ſignificat* mentis ægrotationem *& morbum*, *id eſt*, *inſanitatem &* ægritudinem *animi*. *Id. Tuſc.* 3. *Carnificina eſt* ægritudo: *habet ardorem libido*: *levitatem lætitia geſtiens*; *humilitatem metus*; *ſed* ægritudo *majora quædam*, *tabem*, *cruciatum*, *afflictionem*, *fœditatem*. Hæc *ægrotatio*, hæc *morbus* habet. Non eſt diſſimulandum, *ægritudinem* pro *animi vitio* apud antiquos ſæpius inveniri: pro *morbo corporis ægrotationem*: illud verò ab *argentei ævi* ſcriptoribus

ferè

è neglectum esse Clar. *Cellario* i assentior. Ita *Seneca* lib. 11. Clem. *Misericordia est* ægritu- animi, *ob alienarum miseriarum iem.*

Valerius Maximus lib. 1. c. 1. Per mam ægritudinem animi *ex- avit.*

Curtius lib. 4. c. 41. *itineris con- ii labore* animique ægritudine igata.

Idem lib. x. c. 33. *Itineris labor* ægritudo animi *vulgaverant rbos.*

Tacitus An. v c. 8. *Vitamque* itudine animi *finivit.* Etiam *morbo corporis* idem usus est n. 11. 29. An. 11. c. 69. *Colu- la* lib. 7. c. 5. *Agnis quoque sur- endum est vel febricitantibus,* ægritudine *alia affectis.* Simili- *Florus* lib. 4. c. 7. *Quamvis du- non essent præsentes,* quorum *al- m* corporis ægritudo, *illum*

me-

metus & ignavia subduxissent. Sed redeamus unde digressi sumus.

Auctor Epit. lib. Liv. XL. *Philippus* ægritudine animi *confectus*. *Justinus* lib. 32. c. 2. *Igitur Perseus perspecta Patris* ægritudine, *quotidie absentem Demetrium apud eum criminari*. Indignabatur Pater *Philippus*, plus momenti apud Senatum Romanum *personam filii*, quã auctoritatem *Patris*, & dignitatem Regiæ Majestatis habuisse.

Id. ibid. c. 3. *Morbo ex* ægritudine animi *contracto*.

Hinc patet non opus fuisse, ut sibi Cl. *Cellarius* persuaderet; recentiorem *Hieronymum*, aureæ ætatis Scriptoribus frequentem, vocis usum velut neglectum diu tandem observavisse.

æQUOR proprie quævis planities est, inquit Cellarius, *Cic. lib. 1. div. c. 42. Colum. lib. 8. c. 17. Hinc Poetis absolutè significat, cum mare*

vocant

cant æquor. At verò de usu *vo-*
apud Poetas certius quid con-
et notandum est, etiam ab illis
ro campi planitie, non pro *mari*
untum adhiberi. Ita namque
Lucretius l. 3.

Plani raptim petit æquora campi

Virgilius Æneid. 7.

Filius ardéteis haud secius æquo-
re campi
Exercebat equos.

Cur autem pro *mari* posuerint *Poetæ*, nos *Varro* doceat l. 6. *de L. L.* Æquor *mare appellatum, quod æquatum commotum vento non est.*

AN, AN, OB ODET, *in dubitatione*, inquit Cellarius, *Seneca Suas.* 7. *&c. Sed hæc de bimembri oratione. Quod si tres partes disjungendæ sunt, duas posteriores* an, an *connectunt.* Non omisisset *Vir Clarissimus* & plures orationis partes eadem particula sæpius repetita, connecti. Varro *lib.* 8. *de L. L. Quæ*

enim

enim eſt pars mundi, quæ non innumerabiles habeat analogias? Cœlum; an *mare;* an *terra;* an *aer, & cętera, quæ ſunt in heis.* Cicero *de Orat. Quæſitum eſt, totone circuitu,* an *in principiis ſolum,* an *in extremis,* an *in utroque numerus tenendus ſit.* Seneca *de brev. Vitæ* c. 12. *Hunc tu ignorantem* an *ſedeat putas ſcire;* an *vivat;* an *videat,* an *otioſus ſit.*

Seneca *Troad.*

Gnatam an *nepotem, conjugem*
an *patriam fleam?*

An *omnia;* an *me.*

Atque ita apud antiquos Latinos particulam hanc ſæpius uſurpatam invenies. Invenies & eo modo, quo adhibuit Seneca de *Conſt. Sap. cap.* v. *Cogita nunc* an *huic fur,* an *calumniator, aut vicinus potens, aut dives aliquis regnum orbę ſenectutis exercens facere injuriam poſſit.* Eſt & ubi particula

Et

ſolet adjici, ut in ſupra dato
rronis exemplo.

CAP. IV.

nfidentia & Fiducia, *tam in*
onam, quam in malam partem
olent ab antiquis adhiberi Con-
undi *pro pudore affici & erube-*
*cere. De locis Livii lib.*30. *c.*14.
& 35. *c.*15. *Senecæ de Clem. lib.*
1. *c.* 5. *fruſtra dubitari. Ovid.*
riſt. l. 111. *Statius explicatur.*
Conſiliari *dubium. Apud Horat.*
ib. 3. *Car. Od.* 3. Concilianti-
us pro vulgato Conſiliantibus
egendum eſſe monſtratur. Varro-
is, Ovidii & Livii loca corrup-
a. Converſatio *Cellarii opinio-*
e antiquis frequentius. Corda-
us *pro animoſo. Senecæ locus*
Apo. Cl. Cæſ. expenditur. Cor-
oralis & incorporalis *non tu-*
o Latinitatem inclinantem credi

oſtenditur ; *Cauſa pro* Ergo.

CONfidentia, inquit Cellarius, *medium vocabulum eſt*, *Donato in And. Terentii Act. v. ſc. III. at veteribus ferè ſemper in malam partem accipitur. Poſteriores in bonam ſumunt.* Ergone aliquid *Plauto* dandum? Ita ille *Amphit.* Act. v. ſc. I.

Spes atque opes meæ jacent ſepultæ in pectore,
Neque ulla eſt confidentia *jam meo in corde, quin amiſerim.*

Idem in *Aſin.*

Confidentia *ſcapularum, virtute ulmorum freti.*

Cicero *Famll. 7. ep. 8. Illa Cn. Pompei ſunt animadverſa, quæ maxime* confidentiam *attulerunt hominibus*. Scilicet iis effectum eſt, notante *Manutio*, ut confiderent homines, velle Pompejum potentiæ Cæſaris obſiſtere. Neque

ini-

irtū ſtudioſum antiquitatis *Cironem* eo ſenſu hic vocem adhiſiſſe, cum *mala conſuetudine* tantum factum doceat *Tuſcul.* III. at *in vitio ponatur.*

Hinc collegeris nō magis perpetuum eſſe *confidentiam* in malam partem, quam *fiduciam* in bonam partem ſumi. Ita licet de *fiducia* ſentiant literatores, illorum tamen pace diſſenſerim. Livius *lib.* 42. *c.* 62.: *Perſeus hanc ipſam ſuperbiam, quippe ex* fiducia *virium eſſe timere.* Ovidius *art. amand. lib.* I.

Prima tuæ menti veniat fiducia *cunctas*
Poſſe capi.

Seneca l. 6. *de beneficiis. Parum in illum contuleris, ſi illi ſemel ſultam* fiduciam *permanſuræ ſemper potentiæ excuſſeris.* Frontinus *Strat.* l. *c.* 1. *Marcus Portius Cato devictas à ſe civitates Hiſpaniæ exiſtimabat in tempore rebellaturas* fiducia *murorum.*

rorum. Justinus *lib.* 23. *c.* 1: *Partem civitatum à se fiducia virium dissidentem armis subegit.* Idem *lib.* 11. *c.* x. *Ipse autem primus in fuga, postremus in prælio semper visus est, in periculis timidus: sicubi metus abesset inflatus: denique ante experimentum belli* fiducia *virium veluti naturæ ipsius Dominus & montes in planum ducebat.*

CONFVNDI pro pudore affici sacris scriptoribus usitatissimum: Latinis priscis est misceri, perturbari: sequioribus demum erubescere. Celeb. Borrichius in Annal. Livium l. 30. *c.* 14. & 35. *c.* 15. *Senecam de Clem. l.* 11. *c.* 5. *opponit. Verum uterque si non magis, æque tamen de perturbatione & mentis ἀπορία, quam de pudore intelligi potest.* Hæc Cl. Cellarius. Varie turbari animum posse non denegaverim. Quæstio est, quo potissimum affectu citatis locis turbatum innuant *Livius*

& Se-

Seneca. Adſunt ubique non obſcura argumenta *ruboris* ex pudore; quibus manifeſtum eſſe poteſt, quid de ſtatuere conveniat. Priori loco narrat *Liuius Maſiniſſam*, monente meliora *Scipione*, libidine ſuâ & intemperantia erubuiſſe; atque hinc *confuſum* vocat. Res eſt ex verbis *Liuii* attendenti clara: ut non eſſet, quod alium hic affectum fingeret Clar. *Gellius*, unde *Maſiniſſæ rubor ſuffunderetur*, niſi quod probri puderet.

Quo (poſteriori loco) *confuſum* Alexameni animum dicat *Liuius*, ex eo facilè collegeris; quod innuit ipſum ante, quam facinus aggrederetur, cogitatæ cædis pudore turbatum eſſe: quod talia molientibus, initio ſæpius eveniſſe notum eſt.

Seneca *lib.* 11. *de Clem.* docet *magnum ver e Clementis Viri anim*

non posse metu & mœrore confundi, id est tangi malefactorum miseri-cordia & velut socio quodam pœnæ ex delinquentibus exigendæ pudore; frustraque sævi & inclementis nomen timere, si malefacta puniri velit. Ita rem esse explicandam, patet ex antecedentibus, quibus illam *Stoicorum* sententiam studet defendere Seneca.

Ex quo *Cydippe confusa* dicta sit *Ovid. ep.* 21. ipsa verba satis declarant.

Nomine conjugii dicto confusa pudore,
Sensi me totis erubuisse *genis.*

Sunt & clara satis illa *Trist.* l. III.

Vos quoque, si fas est, confusa pudore *repulsæ*
Sumite plebejæ carmina nostra manus.

Quo certius est Cl. *Cellarium* ne-

;are *cõfundi de pudibũdis & eru-*
:entibus dixiſſe Veteres ; hoc
gis miror , ipſum aſſeverare
:gata ex *Ovidio contra ſe non*
: cum tamen in illis *pudori* τὸ
fundi junxerit Poëta ; ut con-
ret, quo confunderetur . Non
iidem negaverim *confundi* la-
s extendi , quam ut ſoli *rubori*
dorique ſemper conveniat: opor-
: ergo ex re dijudicari , cui po-
ſimum competat affectui. *Sta-*
m audiamus *Theb. l.* I.

— *Limes mihi carminis eſto*
Oedipode confuſa *domus* .

Argumento rei apparet per
nfuſam hic, inceſto pudibundam
notari . Hinc ſtatim Poëta

Impia jam merita ſcrutatus lumi-
na dextra,
Merſerat æterna damnatum nocte
pudorem
Oedipodes, longaque animam ſub
morte trahebat.

Nes prorſus alienum illud *Syl.* v. *car.* 3.

---- *Heu qnali* confuſus *gaudia fletu*
Vota, pioſque metus inter, lætumque pudorem.

CONSILIARI eſſe antiqui generis Clar. Buchnerus additis ad Fabrum edocuit ex Horatio & Cæſare. Hæc *Cellarius*. Sed cum illa omnia monente Celeber. *Borrichio* ambigua ſint varietate codicum; non ita obtrudi poſſunt, ut ex illis demonſtrari queat, vocem *Conſiliari* eſſe optimæ notæ, & veræ antiqui generis. Longe tutius *conſilium dare, conſultare, conſulere* cum antiquis dixeris. Meminerit Cl. *Cellarius* ſemet in ſuis *Curis* ſæpius inculcare, abſtinendum eſſe dubiis, & incertis, ubi certa & indubitata ſuppetunt. Deſideratur adhuc, unde credita dubitatæ vocis antiquitas liquido conſtabit.

it. Quod monuit Celeber. *Borichius* ex *Cicerone* & *Tacito* adduci posse, mendi suspicione non vacare ipsemet in *Analectis* ex librorum diffidio monstravit. Existimat Cl. *Cellarius* frustra dici, *Lambinum Conciliandum apud Ciceronem legisse, cum in suo libro* consiliandum *invenerit*. Verum si velit Vir *Clarissimus* inspicere, quem ex recensione *Lambini* cum suis notis edidit *Gothofredus*, spes est fore, ut de re desinat dubitare.

Consiliantibus apud Horatium lib. 3. carm. Od. 3. corruptum esse mihi facilè persuaserim: cum rebus parum convenire videatur. Congruenter verò legeris.

Gratum eloquta conciliantibus *Junone Divis.*

Quomodo enim, quod gratum esset *Marti* reliquisque Diis, *eloqueretur Juno*; quam iratam, iramque causas exaggerantem

inducit Poëta: nisi iras in *Trojanos Romulumque quem Troica Sacerdos peperit* (ex *Marte* enim & *Rhea Sylvia filia Numitoris*, qui ex *Æneâ* genus ducebat, natum esse fama erat Liv. lib. 1. Dionys. l. 1. &c.) deposuisset *cõciliantibus* Diis, odiumque deprecantibus insatiabile; ut *Romulum Marti redonaret, & quietis pateretur Deorum ordinibus adscribi.* Certè non *consulentibus*, sed *conciliantibus* Diis mitigatam Junonem dicere potuit Horatius; cui apparet cognitissima fuisse; quæ de *odio Junonis* in Trojanos fabulata est antiquitas: ut non *consultore*, quam *conciliatore* opus esset: cum de *recipiendo Romulo* Dii reliqui consenserint. Hinc apud *Servium* Ennius

Juno placata (conciliata) *favere cæpit Romaneis.*

Suspicio est corruptum esse, quicquid de *Varronis* illo sensérint

int eruditi lib. v. de L. L. *A cogitatione concilium, unde consilium: quod ut vestimentum apud fullonem cum cogitur consiliari dicitur.* Legunt alii *conciliari.* Quæ præterea ex *Ovidio* & *Livio* adduxit *Pareus* parum habent ponderis. Apud *Ovidium* enim optimi codices *cõciliante* legunt: apud Livium *consulere.* nec aliter MSS. Celeb. Borrichii.

CONVERSATIO pariter in rejectaneis à Pareo scripta, pro qua Cicero consuetudo *habeat. At Plinius usus est* l. 9. 8. & x. 33. *Seneca de Tranquill.* c. 1. Hæc *Cellarius.* Vt verò evidentiori frequentioris usus] argumento *Parei* sententia refelleretur, addi posset & illud Senecæ de *brev. Vitæ* ca. 111. *Quantum vanus dolor, stulta lætitia, avida cupiditas, blanda* conversatio *abstulerit.* Id. de benef. lib. 6. c. 29. *Fidele consilium, assidua* con-

versatio, *sermo comis*. Tac. 12. An. c.49. *Cum privatus olim* conversa-versatione *scurrarum iners otium oblectaret*. Idem Germ. c.40. *Donec idem Sacerdos satiatam* conversatione *mortalium Deam templo reddat*.

CORDATUS pro animoso barbarum est, inquit *Cellarius*, *sapientem enim & solertem denotat*. Verum in *Analectis* Celeber. Borrichius: *Neutiquam illud*, ait, *est perpetuum*, *cum facile appareat ideo dici* cordatum, *quia* cordis *proprietates*, *quas inter animosa fortitudo*, *retinet*. Idque testimoniis auctorum firmat. Hinc Cl. Cellarius mitigata sententia: *Cordatus pro animoso in dubiis relinquo*. Nullam verò cur dubitet, addit rationem. In majorem rei fidem plura ex *Seneca* & *Plauto* Celeb. Borrichius adjecit. Sunt illa Senecæ in *Apoc. Claud.*

Ce-

Cecidit pulchre
Cordatus *homo*,
Quo non alius
Fuit in toto
Fortior orbe.

Verum Cl. Cellarius: *Quis mi-ſpondebit*, inquit, *unum his ver-vitium notaſſe Senecam.* Scilicet ondebis ipſe *Vir Clariſſime*; qui tim ita ad *Plauti* locum à Ce-er. Borrichio adductum; *cor-e*, ais, *ex ſynonymis quibus cin-m eſt, commodiſſime interpreta-r.* Quid verò ſi ſponderet & e Seneca? Ægre ſibimet ille ſuaderi paſſus fuiſſet, ſe adeo oblitum eſſe ſui, ut cum ſopi-i Claudii virtutem, vitamque idem & ad *fortia* ſegnem exa-iret, diceret: *Cecidit pulchre* iens *homo, quo non alius fuit-ior.* *Cordatus* dixit, id eſt *for* *quo non alius fuit fortior.* Ita licueris, *cordatus* cum antece-

denti

denti *cecidit*, & sequentibus pulchre convenire viderit, qui hic aliquid videre velit. *Cecidit* pro *mortuus est*, eo sensu dixit *Seneca*, quo de *fortiter* repugnantibus solent Historici veteres adhibere. Nec aliter Ovidius *Pont.* 1. *Epist.* 2.

—— —— *Quamvis* cecidere *trecenti*,
Non omnes Fabios abstulit una dies.

Ita simulata laude innuit Seneca *Claudium* à fortitudinis gloria quam verè *fortes* consecuti sunt longissimè abfuisse.

CAUSSA in auferendi casu pro Ergo *putant quidam vitiosè præponi. Et hoc quidem frequentius est in Latinitate cadente. At neque Livius erubuit ita loqui* 39. 14. *& lib.* 40. 41. Hæc *Cellarius*. Ut verò constet, in *Latio* diutius illam loquendi consuetudinem ob-

obtinuisse, *Ennium* audiamus. Ita ille apud *Nonium*:

Ristros denti fabres capsit causa poliendi
Agri

Idem apud *Servium*:

Aspectabat virtutem legionis,
Si mussaret, vel dubitaret, deinique causa
Pugnandi *id fieret, aut duri sorte laboris.*

CORPORALIS & INCORPORALIS. *Latinitas est*, inquit Cl. *Cellarius*, *inclinans. Vtrumque Senecæ conjungis Epist.* 58. *Aut corporale est, aut incorporale. Et Epist.* 78. Addiderim in fidem frequentioris usus, quæ præterea se apud Senecam obtulerunt. De *brev. vit. c.* 8. *Fallit autem illos, quia res incorporalis est, quia sub oculos non venit.* Idem *Epist.* 58. *Etiamnum est aliquid superius quam corpus. Dicimus*

timus enim quædam corporalia *esse quædam* incorporalia. Idem de *Benef.* lib. 6. c. 2. *Illud* incorporale *est, irritum non sit.* Esse verò *Latinitatem inclinantem* unde monstraveris? Philosophis *Seneca* antiquioribus usitatas voces ex *Ep.* 48. patet. Illi vocem finxerint; quod aureo seculo sæpissime factum esse ex antiquis notum est: quid inde? Non eo *Latinitatem* asseveraveris inclinavisse; quod ex Latinis fontibus hauserint illi, unde *linguam* (conquerenitibus *Cicerone*, *Seneca*, *Fabio* & aliis.) *inopem*, optimo Latinitatis ævo locupletauerint. Imo eo ipso potius impediviſſe dixeris, ne qua *linguam* peregrinitas infuscaret: quod omnino factũfuisset, si peregrinas exterarum gentium voces recepissent. Eo namque potissimum à primæva & nativa elegantia compertum est *Latinam*

lin-

linguam (præsertim post *Hadrianum*) magis & magis degenerasse; ut tandem aliarum quam *Latinæ* referret indolem. Non denegaverim *Latinitatem inclinantem* dici meritò posse, quæ nova & ignota olim ex usu vulgi sensim inoleuerint, à prisco nitore declinante *lingua* licentiori exterarum gentium consuetudine: quæ verò à scientissimis *linguæ* magistris inventa esse & usurpata constat, ægre huc rejecerim.

Vocem *COMPOSITIO*, in usu medicinali *Scribonio* sæpius usurpatam, frustra ab *ejusdem auctoris* censoribus in parum Latinis numerari ex *Cicerone*, & *Celso* contendit cum Cl. *Rhodio* Cellarius. Non vanam frequentioris usus suspicionem auxerit illud *Columellæ* lib. 7. cap. 5. *Facit autem commodè primum ea* compositio, *quam paulo ante demonstravimus, si ad fa-*

cem,

cem, & amaricam succumque decocti lapini misceas portione aquæ detritum album Elleborum.

CAP. V.

Defectus a, um. Deprecari ARBEDE. *Latinis antiquis nō ignotum. Cæsar Cic. Fam. V. Livius, Tacitus.* Deprecatio *quid sit?* Deprecabundus Dictio. Difficiliter, Deformatio, Deformatus, Faciliter *non sunt* idiotismi Vitruvii. Est *pro* licet, *minus elegans*. Exaudire *pro* adnuere precibus, *confidentius rejici.*

DEFECTUS, a, um, *Latinum esse ex Valerio Maximo lib. 5. cap. 4. Seneca Epistol. 58. & epist. 104. &c.* monstrare voluit Cl. *Cellarius.* Quæ enim ex *aureæ* ætatis scriptoribus attulit, ut &

lo-

locum *Celſi* III. 8. debet Celeberrimo *Berrichio*: qui in *Cogitationibus* ſatis habuit oſtendere, *Scioppium* fruſtra credidiſſe, ſerius vſurpari cœptum eſſe vocabulum. Sed cum Cl. *Cellario* lubuerit unũ & alterum ex *argentea* ætate adungere; ſperaverim non ingratum ipſi futurum, ſi plura viderit offerri poſſe.

Tacitus lib. An. II. c. 70. *Sed non uſquequo defectum Germanicum, æquæ præmia cædis apud interſectorem manſura.*

Seneca in Hipp.

--- Vadit incerto pede
Jam viribus defecta.

Idem Her. Oet.

--- Et una funeri tanto ſat
eſt
Grandæva ætas defecta.

His affine eſt illud *Columellæ* ſ. lib. I. de R. R. *E turbæ pomorum. Ficulneaque defectis*

ctissimum amis & viribus relegat.

Seneca in Octav.

Confusa tristi proximæ noctis metu.

Visuque mentrix mente turbatæ
ferox.

Defecta sensu.

Plura ex *Valerio, Velleja, Quintiliano* & aliis adduci posse notũ est. Sin verò ex aureo ævo aliquid adhuc addi velis, prodeat in scenam *Gratius*. Ira ille in *Cyneg.*

Huc defecta mala vidi pecuaria
tabe
Sæpe trahi.

DEPRECARI, inquit Cellarius, *pro veniam delictorum rogare* ΑΒΒΙΤΤΕΤΗΥΝ, *dubitavi olim priscis Latinis in usu fuisse.* Dubitasse frustra *Clarissimum Virum* multis docuit in *Analectis* suis Celeb. Borrichius. Agnoscit Cl. *Cellarius* ex *Citerone ad Att.* l. xi. 6. *Paterculo*

l. ii.

1. c. 86. *Quintiliano* l. 6. 4. rem
manifeſtam. Verum *deprecari*
ad *Cæſarem* l. 7. bell. Gall. per
AFBEDE exponendum eſſe Ce-
er. Borrichio non aſſentitur.
ntum verba *Cæſaris*, qui velit,
gat attentius, apparebit evi-
nti rei argumento, aliter vix
oni poſſe. *Projectis armis mor-*
deprecari *incipiunt*. Vt vita,
ceret ſupplicibus concederetur,
ili modo *Cicero*, *Livius*, *Cæſar*,
itus, *mortem*, *ſupplicium*, *cala-*
tem &c. *deprecari* ſæpius di-
nt. Ambigit etiam Cellarius
oco *Ciceronis Famil.* l. 4. ep. 7.
l aberrant codices. Atqui
binus, quem conſentientem
accuratiſſimos Criticorum nu-
t *Vir clariſſimus* monet legen-
eſſet: *Hic pro te unius ſollici-*
s &c. *deprecantur*. Si verò
itici ſui fide pergat dubitare
ius, ſinat revocari ſibimet

in

in memoriam illa *Livii* lib. XL. c. xv. *Si mihi pater succenseret* (accusatorem fratrem *Perseum* Demetrius alloquitur) *te majorem fratrem pro minori* deprecari *oportebat; te adolescentiæ, te errori veniam impetrare.* Lib. XL. 38. *Ligures ubi ex improviso oppressi dediderunt se, sæpe per legatos* deprecati *dicuntur.* Tacitus Ann. lib. 1. c. 13. *Constat Materium eum* deprecandi *causa palatium introisse, ambulantisque Tiberii genua advolveretur, prope à militibus interfectum.* Idem *Hist.* l. c. 37. *Cum in oculis urbis decumari deditos juberet, quos* deprecantes *in fidem acceperat.*

Quid denotet *DEPRECATIO*, dudum nos *Tullius* edocuit. Ita ille *de Invent. l.* 2. Depracatio *est, in qua nõ defensio facti sed ignoscendi postulatio continetur.* Hinc Livius 42. cap. 14. *Cæterum præoccupatis non auribus magis quam animis ab*

nene Rege omnis & defensio &
precatio legatorum respuebatur.
licet non exauditi sunt, dum
liis veræ culpæ veniam impe-
e, in aliis ficto crimine se li-
are conabantur. Idem lib. 40.
. Deprecatio *erat in literis: Si*
adolescens cupiditate Regni pro-
us secum egisset, nihil eum ad-
ius suorum quemquem facturum:
e eum sese esse, qui ullius impii
lii auctor futurus videri possit.
em sensu reperies *deprecabun-*
apud *Tacitum* Ann. xv, ca. 53.
recabundus & *genibus Princi-*
ccidens.

ICTIONEM pro genere dicendi
re, antiquis licèt oppido fre-
s sit; perpetuum tamen esse
um est, monstrante Celeber.
ichio ex *Catone* & *Quintilia-*
am pro *vocabulo* interdum
ari. Verum Cellarius: *In*
, inquit, *firmum præsidium.*

Ver-

Verba enim illa non sunt Catonis prisci, sed Annii Viterbiensis. Quintilianus potest dicendi genus, *quæ est Ciceroniana notio, intellexisse*: Tropus *enim non est ipsum* verbū, *sed* verbi translatio, *siue significatio & affectio vocabuli.* Vtinam addidisset *Vir clarissimus*, unde demonstrari vellet à Celeb. Borrichio allegata *Catonis* nō esse. Suppositia multa in *Originibus Viterbiensis* esse non inficior: verum ideo ut spuria non rejeceris omnia. Notum est, moris fuisse *Viterbiensis* hujus; ut quæ vera & genuina scriptorum, quos edidit, fragmenta reperierit, fictis adderet: quo & illa simul vera esse crederentur. Notum est consentire Literatores, in *Originibus Annii* illius multa proba inveniri. Nec in iis, de quibus dubitat Cellarius, aliquid *Catone* indignius deprehendo: præsertim cum ex *Quintiliano*

con-

ſtare queat, antiquæ conſue-
iiis obſervantiſſimos *Gram-*
ici veteres ſenſu non diſſimi-
ıbitatam vocem adhibuiſſe ;.
)d ut palam fiat, *Quintiliani*
)a expendamus Inſt. Orat. lib.
. *Tropus eſt* [*ut plerique Gram-*
ci finiunt] dictio, *ab eo loco, in*
propria eſt, translata in eum in
)ropria non eſt. Idem eſt ac ſi
ret; ; *Tropus eſt* vocabulum *ab*
o, in quo proprium eſt transla-
&c. Notandum eſt *vocabu-*
ıic non intelligi *nudum*, qua-
)pum eſſe negat Cellarius; ſed
ius ratione conſideratum, qua-
s ei contingat, notante *Quin-*
o l. 9. c. 1. à *naturali & prin-*
ſignificatione in *aliam* trans-
. Si verò ex mente Cl. Cel-
per *DICTIONEM translatio*
ſignificaretur, legendum
: *Tropus eſt TRANSLATIO*
, *ab eo loco in quo PROPRIA*

est TRANSLATA, &c. Atqui hoc pacto, quod *TRANSLATUM* est, simul dici posset *PROPRIUM*: quod fieri non potest, cum *illa* sibimet opponantur. Præterea, quid sit *translatio TRANSLATA*, nescio: quid *verbum* sit *TRANSLATUM* scio. Et quod Grammatici veteres *dictionem*, vocabant *trnaslatam à loco* &c. hoc Quintilianus l. 6. c. 1. & 9. c. 1. per *verbum translatum* sæpius exponit.

DIFFICILITER DEFORMATIO CIN VBRIS, *FACILITER* inter *idiotismos Vitruvii* numerat Cl. *Cellarius*. Atqui notissimum est *Ciceronem* bis *difficiliter* dixisse: dixit & notante Cl. *Cellario*, *Columella*. *Deformatio deformare*, *deformatus*, adeo frequentia sunt *Vitruvio*: ut voces *architectis* familiares fuisse appareat, quibus ipsemet se usum esse non diffitetur. Adde quod

de-

matus apud *Varronem*, *Cato*-
& alios eodem ſenſu occur-
quod apud *Vitruvium* ſæpiſſi-
tò *faciliter*. Vitruvianum
tiſmum eſſe *Quintilianus* ægre
niſerit. Ille enim lib. 1. *Inſtit.*
. c. 6. *His permittamus & au-*
e & ſciviſſe, & tribunale, &
iter *dicere*. Si attente *Quinti-*
m legas; manifeſtum erit,
ter antiquis non infrequens

Ti pro licet ab antiquis uſur-
m eſſe exemplis variis mon-
ere literati, quibus nunc il-
linii addo lib. xx. c. 9. *Cruſtæ*
upent intus vaſa omnia, in qui-
quæ fervent, intantum, ut non
is avellere. Poſſunt & addi
. Verum ignorare me non-
eor, cur *EST*, ſi hoc ſenſu
ueris, multis adeo placue-
t ad *elegantiores loquendi for-*
referendum eſſe arbitrati

sint. Si rem diligentius examinassent, forte dissiderassent ipsi laudatæ elegantiæ argumenta. Apparet enim concisè & velut abruptè magis quam eleganter dici. Sed de re quilibet, ut lubet, judicet: non obstat, modo illi tantum, quod delectet, invenerint; quibus, quæ rariora sunt, etiam elegantiora esse persuasum est. Certè *LICET* antiquis longè frequentius est, nec minus habet elegantiæ: ut à castigatæ Latinitatis cultoribus præferri merito posse videatur.

EXAUDIRE Differentia, inquit Cellarius, *quam pueri fingunt inter audire & exaudire, ut illud simpliciter sit* HOREN, *hoc* ERHOREN, *sive precibus adnuere; nulla est.* Illa verò satis confidenter. Non *à pueris fictum* dixeris Vir Clarissime, quod *magnis viris* non frustra placuisse constat. *Sturmius, Frisius,*

Sora-

ius, *Decimator* & alii, per
REN exponũt; quod *Theologis*
do frequens eſt. Hinc *Cella-*
ueri ſunt? Sed ad alia. Mu-
t, vel mitigaſſet ſententiam,
iorum Auctorum loca antea
icta accuratius expendiſſet.
pluribus nunc unicum *Ovidii*
cerit attuliſſe, cum in re aper-
on deceat eſſe longum. Ita
Pont. l. 11.

pplicis exaudi juvenis mitiſſi-
me vocem:
amque potes profugo [nam po-
tes] affer opem.

uid *Ovidium* hic petiiſſe di-
Vir Clariſſime, niſi ut ſuis pre-
adnueretur? Quid illi, niſi
lirentur, profuiſſet ſuas tan-
audiri preces? Ægre illud
igo & imploratæ opis indi-
erſuaſiſſes.

CAP. VI.

Fidelis *pro* Christiano *non inepte dici. Quid sit de usu verborum Latinorum apud Ecclesiasticos sentiendum: in quo probari mereatur.* Hactenus *ad tempus referri monstratur. Virgilii locus excutitur. Tursellinus.* Hactenus *per adhuc exposuit Varro.* Hodieque *est Cellarii opinione antiquis frequentius.* Illicite. Imo *sensu corrigendi, augendi & affirmandi antiquis usurpatum.*

FIDELIS *denominatur Christianus seu Christo deditus itidem nova notione.* Hæc Cl. Cellarius. Compertum verò dudum est, *fidelis* eo sensu non raro adhibuisse *profanos* antiquos, ut *Christianum* eo nomine appelles non inepte. Esto: quid esset *Christianus*, inventores gentiles nescierint; non impedit, mo-

odo non alieniſſimo ſenſu apud
os vocem inveneris: Hic vel
exica fecerint dubitanti ſatis. Er-
one, quia Gentilibus non co-
nitiſſimus fuit *Chriſtianorũ Deus*,
hriſtianorum ſacra &c. dixeris
hriſtianis in ſuis ſacris non li-
uiſſe uti verbis, quibus in ſuis
Gentiles utebantur? cum tamen
x *Tacito*, *Suetonio*, *Plinio* & aliis
onſtare queat, antiquos illorum
emporum *Chriſtianos* illis non
bſtinuiſſe. Cui notum eſt, *profa-
os* etiam ubi de ignotis ſibi, vel
ion penitus cognitis *Idæorum* a-
iorumve rebus loquerentur, illas
xpoſuiſſe verbis ſibimet uſita-
ls. Finxiſſe *novas* voces *Chri-
lianos* recentiores, *antiquioreſque*
nultas alienori interdum ſenſu
dhibuiſſe non denegaverim: has
amen non ita probas dixerim,
t cuilibet imitari liceat; At ne-
cio cur ceu minus *Latinas* aſper-

 neris;

neris; quas paganis inventoribus uſitatas ita ſuas fecerint *Chriſtiani* veteres, ut vis nulla ſignificationi facta ſit.

HACTENUS conſtanter literatores cenſuerunt, ad locum *potius vel* rem, *quam ad* tempus *referri ab antiquis.* Hæc Cellarius. Atqui non adeo conſtanter ita cenſuerunt *Vir clariſſime Doletus, Scotus, Pareus, Bangius,* & quos ſecuti ſunt, alii ad *tempus* referunt. Pergit Cl. Cellarius. *Cicero ut plurimum uſurpat, ſi ad certum locum in literis vel ſermone pervenit.* Ita eſt; modo, quo ſæpe ſolet Cicero *adverbia temporis* adhibere: quid inde? Quid eſt, ſi velis accurate loqui, *ad locum in ſermone pervenire?* Habet ſua tempora ſermo. Si monueris inter colloquendum te *hactenus* de hoc vel illo dixiſſe, quid *loci* eſſet intelligendum? *tempus* intelligeretur, quo de re dictum

ſtum eſſet. Aliter cur explicueris *Virgilii* illud à Celeber. Borrichio in *Analectis* allegatum, non video; *Æneid.* 11.

Hactenus Æcca ſoror potui: nunc vulnus acerbum
Conficit.

Senſus eſt, bello potens fui ad hoc uſque *tempus*, *quo* me acerbū vulnus affligit. Certe Cl. *Cellarii* interpretatio æque bene hic convenerit, ac apud Varronem *l.* v. *de L. L. Quod ad temporum vocabula Latina attinet* hactenus *ſic ſatis dictum*. Nunc *quod ad eas res attinet, quæ in tempore aliquo fieri animadverterim, dicam*. Judicent cordati, utrum *dicere* magis proprie conveniat *tempori* an *loco*, Ad *locum* procedi, ad *tempus* dici natura docet. Hinc *adverbium* temporis *nunc* τὸ *dicam* ſtatim adiungi vides: unde ſimul conſtat, quid particula præcedens

hactenus eadem in re significare queat. Apud *Ovidium*, *Propertium*, *Plinium*, *Statium*, quos adduxit in *Analectis* Celeb. Borrichius, *loco librorum & carminum notari putat* Cl. *Cellarius*. Sed non addit, unde res demonstretur. Contrarium satis convenienter probat in *Analectis* Celeberr. *Borrichius*. Cui Cellarius objicit *Hactenus apud Virgilium esse interprete Tursellino usque ad hunc locum carminis vel orationis.* Mirum cur ita aliorum nomina semper obtrudat *Vir Clarissimus*. Explicuerit ita *Tursellinus*. quid inde? Tantum *Tursellino* damus, quantum deceat, & sana ratio suadeat. Certe quod *Varro* supra allegato loco dixit *hactenus*, hoc alibi per *adhuc* exposuit, quo tempus denotari *Cellarius* agnoscit. In rei fidem *Varronis* verba subjiciam ex *lib.* 7. *de L. L. Quoniam est vocabulorum genus*,

us, quod appellant compositum, & egant conferri id oportere cum simlicibus, de quibus adhuc *dixit: de ompositis separatim dicam.* Non rgo video, quid peccet *Valerius laccus*, qui ad *tempus* designandum *hactenus* adhibuit *Argonaut.* ib. 11.

Hactenus *in populos, vates, Samothraca, diemque*
Missa, mane.

Audiamus & *Columellam*, qui ib. 7. c. 13. de R. R. ita vocem *actenus* adhibuit, ut adjuncta particula *mox* ostenderit se non e *loco*, sed *tempore* locutum esse. *actenus de minori pecore, mox de illaticis pastionibus.*

HODIEQVE bene Latine dici multis Celeb. Borrichius contra cioppium in *Cogitationibus* monravit. His quod adderet, Clar. *ellario* non suppetiit praeter lotum *Quintiliani declam.* 17. Potuis-

ſet *Vir Clariſſimus*, cum diligentiſſime poſt Celeb. Borrichium ſe bonos auctores perlegiſſe fateatur, advocaſſe *Livium* lib. 42. c. 34. *Pater mihi jugerum aurei reliquit, & parvum tugurium, in quo natus educatuſque ſum*, hodieque *ibi habito*. Prodeat & *Quintiliano* antiquior Seneca *Quæſt. natural.* lib. 1. præfat. *Liceat illi* hodieque *decernere, & ex lege fatorum aliquid derogare.* Ita accuratus MSS. codex Celeb. Borrichii.

Plinius *lib.* 7. *c.* 2. Hodieque *remanent in paucis.* Idem *lib.* 8. *c.* 45. *Prægrandes itaque fuere & hodieque reliquiæ ſtirpium durant.*

Idem lib. xxx. cap. 1. *In tantum faſtigii adolevit*; ut hodieque *etiam in magna parte gentium prævaleat.*

Tacitus lib. de Germ. c. 3. *Ulixem quidam opinantur longo illo & fabuloſo errore in hunc Oceanum delatum, adiſſe Germaniæ oras; Aſci-*

burgiumque, quod in Ripa Rheni si-
tum hodieque *incolitur, ab illo con-*
stitutum, nominatumque.

Auctor dial. de orat. Iis *Oratio-*
nibus insecuti sunt, quas hodieque
cum admiratione legimus.

ILLICITE; quibus simplex licite
exosum est, sine dubio, inquit Cel-
larius, *etiam compositum abominan-*
tur. At verò Vlpianus usus est. Ve-
rum ab illo statim *compositum re-*
jici, qui *simplex vocabulum* reje-
cerit, non dixerim. Novit Vir
Clarissimus *absoleta* multa hodie-
que supereſſe *simplicia*; quorum
composita cum perquam *usitata* a-
sciat esse, etiam ab accuratioribus
Latinæ linguæ censoribus
probari non ignorat. Vt constet,
vitio *simplicis* non tutius damnari
posse *compositum*: quam *illius* pro-
bitate *hoc* absolvi. *Vlpianum* lau-
dat Cl. Cellarius; quid ergo de
Varronis illo sentiendum? *lib.* v.

de L.L. Hoc ipſum inlicitũ ſcriptum inveni in M. Funii commentariis: quod tamen ibidem eſt, quod illicite *illexit.*

IMMO, inquit Cellarius *in ſenſu affirmandi incerte Latinitatis eſt. Eſt enim corrigentis*: Ita ſe rem ſæpius habere non inficior: verum non eo ſenſu *Livius* lib. 41. cap. 23. *Ea ſpe depulſus non tamen belli conſilia omiſit*; Imo, *ſi vera volumus dicere, jam inchoavit bellum*. Non hic *IMO corrigendi* ſed *augendi notione* adhibetur; ut ſæpe apud antiquos *quid quod*; *quin etiam*. Similiter *Plautus* in Mercat.

DE. Imo bis tanto valeo, quam valui prius.

LY. Bene hercle factum & gaudeo.

DE. Imo ſi ſcias, Oculis quoque etiam plus jam video quam prius.

Scheda Agam.

En

En horret animus & pavor membra excutit:
Video paternos, imo *fraternos lares.*

Seneca Epiſt. 58. *Quanta nobis verborum paupertas*, imo *egeſtas ſit*, *nunquam magis quam hodierno die intellexi.* Idem de brev. vitæ c. 8. *Ideoq; viliſſima æſtimatur*, imo *pæne nullum pretium ejus eſt.* Aſconius Pedianus Com. in Ver. III. *valet ad ſuſpicionem magnopere*, imo *opinionem vel potius fidem redempti Hortenſii.* Nec præterea ſenſui affirmandi *incertæ Latinitatis* eſſe, articulam *IMO* ſiverit *Terentius Andr.* Act. III. ſc. 3.

Id oro te in commune ut conſulas.
Quaſi illa tua ſit, *Pamphilique ego ſim pater.*

Si imo: *ita volo*, *itaque poſtulo, ut fiat.*

Seneca de *benef.* lib. 6. cap. 14.
Quid ergo, *ſi in ſortem nomina ve-*

vestra conjici jussissem ut tuum nomen inter redimendos exisset, nihil deberes mihi? Imo *deberem, sed exiguum.*

CAP. VII.

In præsentia *frustra rejecit H. Stenus. Apud aureæ ætatis Scriptores perquam frequens.* Inducere animum suum. *Quid de ea loquendi formula sentiendum sit.* In tantum ut, *frustra ambigitur.* Intercedere *notione* supplicandi *sive* deprecandi. *Quomodo intelligendus sit Cicero Att. x, 9. Att. l. 1. Ep. 4. Suetonius Cæs. c. 30.* intercedere *non solum Tribunitii juris verbum.* Jubeo ut, *non solo Poetarum vel Comicorum exemplo dici.* Impatienter.

IN PRÆSENTIA, inquit Cellarius, *tutius dicemus, licet Hen*

Ste-

phanus in Pseudociceronе suo ip-
m suspectum habeat, quod tamen
igno consensu confirmatur. Cic. v.
n. cap. 8. Cæs. Gall. 1. 15. Livius
. 8. Plinius 13. 3. Ut majori
nsensu refelleretur Stephanus,
ulta plura possent addi. Qui
riptores antiquos legerit, non
norare potest, etiam aurea æ-
te frequentissimum fuisse. Pau-
a tantum in illorum gratiam,
ui dubitaverint, adjiciam: sin-
ula namque recensere longum
set. Varro de L. L. l. 8. Si enim
d rationem corrigi oportet, quæ non
d rationem sunt, itadut in præsen-
ia corrigere nequeas. Cæsar de bell.
iv. l. 1. Marcellus verò passurum
in præsentia negat. Eodem li-
ro Cæsar. Itaque in præsentia
ompei insequendi rationem omittit.
ivius lib. XL. 5. In præsentia
latet omni ope in Romanos accendi
egem. cap. 21. In præsentia dat ei

man-

mandata. cap. 23. In præsentia *dediderunt se*. Idem lib. 42. cap. 14. *Cæterum* in præsentia *nihil, præterquam fuisse in curia scire quisquam potuit*. c. 43. *Nihil enim satis paratum ad bellum* in præsentia *habebant Romani*. Plura passim occurrunt.

INDUCERE ANIMUM SUUM: adjectum pronomen possessivum *Vossio* aliquid insuetum sonat, & alienum à *Ciceronis* & æqualium *delicatis auribus*. Ergone credam *Ciceronem* hic invenisse, quo ipsius aures offenderentur? quis velit spondere? Iudices ergo *Vir clarissime*, quid hic ingratum sonet. Novimus, *Ciceroni Plautum & Terentium* placuisse: *hoc* verò, quod apud illos sæpius invenies monstrante in *Analectis* Celeb. *Borrichio*, displicuisse *Ciceroni* adhuc ignotum est. Oportet, non attente satis ab illo legi *Ciceronem*, qui

non

ion advertit ſæpius *pronomina poſſeſſiva* aliis nominibus adjici. Non inficior eſſe, ubi pro arbitrio omitti poſſunt, ut in his: *inducere animum*, apud Ciceronem, & *inducere animum ſuum* apud Terentium. *Statuete apud animum meum*, & *ſtatuere apud animum*, utrumque *Livii* eſt: utrumque bene dixeris. *Cellarius* verò; *Ita cenſeo*, inquit, *priſca Comicorum ævo uſitatum pronomen in hac phraſi fuiſſe non Poetis modo metri neceſſitate coactis* (hactenus Vir Clariſſimus ſententiam mutavit, ex quo edidit *Analecta* ſua Celeber. Borrichius) *ſed aliis etiam: poſt ut multa alia ἀρχαϊκὰ, elegantius Ciceronis ſeculum abjeciſſe.* Sed ſi ex eo eſſet de *Latini ſermonis elegantia* judicandum, argenteæ ætatis ſcriptores elegãtius Latine locuti eſſent, qui *pronomina* ſæpius abjicere ſolent.

IN

IN TANTUM UT. Aliquando dubitavi, inquit Cellarius, *de hujus formulæ Latinitate. Erepta dubitatio est optimorum auctorum lectione. Colum.* l. 8. *Seneca* Quæst. nat. l. 1. 24. *Plinius* 34. 12. *Adde* 10. 53. Addideris præterea *Vir Clarissime*, Plinium lib. 6. 27. *Madente & ipsa Elymaide* in tantum, *ut nullus sit, nisi circuitu ejus ad Persidem aditus.*

Iterum Plinius lib. 20. c. 5. *Alterum*, inquit, *genus est, Staphylinos, quod pastinacam erraticam vocant. Ejus semen contritum, & in vino potum, tumentem alium & suffocationes mulierum doloresque lenit* in tantum, ut *vulvas corrigat.*

Idem lib. xx. c. 9. *Crustæ si occupenet vasa omnia, in quibus aquæ fervent*, in tantum, ut *non sit ea avellere, si brassica in iis decoquatur abscedunt.*

Idem lib. 23. 7. *Invenio apu*

Au-

Auctores si quis matutino roscida cum suis nucleis devoret, in tantum *levari alvum*, ut *pedes morbo liberentur.*

Idem 35. 12. *Crevitque* in tantum, ut *nulla signa statuæve sine argilla fierent.*

Idem lib. 36. 5. *Hipponax indignatus amaritudinem carminum, detrinxit* in tantum, ut *aliquibus creatur ad laqueos eos compulisse.* Columella lib. 11. c. 1. *Nec mox* in tantum *exuberat*, ut *& jacturam capitis amissi restituat, & quæstum resarciat.*

INTERCEDERE. Notio suppliendi *pro aliquo vulgo* superaddi*tur, imo sola fere* supersit *in vulgari sermone: quam Nobilissimus Borrichius ex Cicerone probat ad Famil.* 9. *quæ Cœlii Epistola etiam ad Famil.* 8. 16. *repetitur*. Nec verò *scripta est post victoriam Cæsaris, ut* vir *laudatus existimat, sed primo*

belli civilis anno, cum Pompejus urbe fugeret, Cæsar in Hispaniam iret, ut tergum sibi præstaret tutum. Nullus *inquit Vir Cl.* se hic opposuit tribunus plebis. *At Corradus & Manutius verba Cælii* (his intercessionibus planè incitatus est Cæsar) *de L. Metello tribuno pleb. interpretantur, cujus* intercessionem *Dio Cassius l.* 41. ἀντεῖπε *vertit: id est, contradixit. Et ipse Cæsar de illo* 1. *Civ. bell. c.* 33. *res. ait, quascunque acturus Cæsar erat, impedisse.* Hæc Cl. *Cellarius.* Non video, cur sibi persuaderi passus sit Vir *Clarissimus*, de illa *Metelli intercessione* intelligenda esse verba *Cælii.* Quæ acturus *Cæsar* erat, impedire conatum esse *Metellum* non inficior. Attendamus autem, *quæ ubi intercederet ille, gerenda* hic fuisse notent Historici. Ex ærario pecunias sibi dari voluit Cæsar, & *intercedente tribuno* à fabris effrin-

gi

fores. Res ex *Plutarcho*, *Dione*, *ucano* & aliis manifeſtiſſima. Oortet, ſit nimis perſpicax, qui de la *Metelli interceſſione* viderit lotum eſſe *Cælium* : de qua neuidem apicem in tota epiſtola venies. Verum *Cælius* orat *Cironem* ; *ne quid gravius de ſalute incolumitate ſua conſulat: ne conra victorem Cæſarem faciat, quem biis rebus lædere noluit, nec ad gatos accedat, quos non ſecutus eſt iſſentes* : Indicat præterea, quo animo Cæſar : *nihil niſi atrox ſævum in adverſarios cogitare, que etiam loqui: traſcatur ſenatui,* erceſſionibus (hoc ſtatim *deprecioni* voce explicat) *incitatus.* gre enim ferebat Cæſar pro *inis* deprecari ſenatum, ut delis venia poſſet impetrari. Sed d hæc ad *interpretationem Mei*, qua impedire conabatur, minus Cæſari ex *ærario pecu-*

niæ

niæ darentur? Quo tempore scri
ta sit hæc *Cœlii* epistola ex his i
sius verbis facilè collegeris; *Nu
te contra victorem facere, quem d
biis rebus lædere noluisti : & ad e
fugatos accedere, quos resistentes
qui nolueris , summæ stultitiæ e*
Pergit Cl. Cellarius *Deinde opp
nitur Ciceronis* intercessio *ad A
lib.* 1. *Epist.* 4. *Mihi verò neque he*
supplicatio *videtur intelligenda,*
contentio , *qua subodiosa perfere
da erunt, ut ex sequenti* v. *epistol
manifestum est .* Verum illa nim
anxie videntur esse conquisita
Verba Ciceronis audiamus . *P
tamus enim utile esse te aliquan
jam transigere : mea* intercessio
est, & fuit parata. Non est ; qu
putet Cl. *Cellarius* ex sequenti e
stola manifestum esse *intercessio*
hic per *contentionem* exponi deb
re. Ita ibi Cicero : *sed accidit,* i
quit, *ut contentione nihil opus es*

Quid

Quid inde? Quasi verò non posset
ine *contentione* intercedi. Mon-
res *Vir Clarissime*, ubi *intercessio-*
e non opus fuisse in hac causa,
icat Cicero: quam tamen ipse
aratam invenit epist. 3. & *inter-*
ssisse se *epist.* 6. significat. Præte-
:a Cl. *Cellarius*: *Nec Suetonii ver-*
i, ait, Cæs. c. 30. *significant aliud*
iam Tribunos pro Cæsare intercessse. Quis negat *Vir Clarissime*?
anta rei evidentia est, ut Celeb.
orrichio faveas, dum velis ad-
:rsari? ita in *Analectis* pag.
5. *Nempe intercedebant*, inquit,
ribuni pro Cæsare, ut in urbem re-
peretur non inglorius. Instat Cl.
ellarius. *Minaciter illud & impe-*
osè fecerunt. Fortè non advertit
ir Clarissimus etiam ad hoc an-
:a satis convenienter respondis-
Celeb. Borrichium. *Anal.* pag.
5. *Asperius forte rogaverant; sed*
c non princeps institutum erat Rei-

e *pub.*

pub. ut tribuni plebis aſperè, ſed verè, ut libere loquerentur affli opem laturi. Tandem *tribuni* tantum juris fuiſſe verbum h (quod innuit Cellarius) ægre pe miſerit *Aſconius*, qui com in I cont. Ver. *intercedere* ſolitos eti eſſe *Pretores* ex *Cicerone* notat. N que dixeris de *tribunis* loqui. T citum in *Vita Agri.* c. 46. ubi geris. *Non quia* intercedendun *putem imaginibus, quæ marmor aut ære finguntur &c.*

IMPATIENTER inquit Cella us, *Plinius epiſt.* 11. 7. *dixit &* 22. *Impatientiſſime, & Quintil.* I *clam.* 11. *extr. Impatientius.* Dei & aliquid Tacito *An.* 4. cap. 1 *Tum vero æquari adoleſcentes ſe Etæ ſuæ* imparienter *indoluit.*

JUBEO UT Poetis & Comi licere dicere, putat Cellarius: *q enim ignorat*, inquit, *his plus atq aliis conceſſum eſſe?* Plus equide

his

is conceſſum eſſe concedendum-
ue *Tullio, Fabio,* & cæteris aſſen-
imur . Vtinam verò indicaſſet
ir Clariſſimus, quidni & *aliis*
a loqui liceat: quodnam hic de-
rehenderit *Poeticæ Comicæve* li-
entiæ documentum . Explicet,
ui poteſt, cur licentius dixeris
beo, ut quam *impero ut* , *præcipio*
t, oro ut, &c. quæ apud antiquos
epius occurrunt . Eadem eſt v-
obique ratio . Hinc *Livius* lib.
. c. 17. *Id modo ſciſcerent* , jube-
ntque ut *ſenatus decerneret qui*
me regnaret. Ita libri omnes ac-
rationes; etiam MSS. duo Ce-
berr. Borrichii ; neque auxia-
rrectione opus eſſe videtur. Si-
ili modo *Livius lib.* 32. c. 16. *At-*
li Regis adventu audito venit, juſ-
que ut *quæ ex ſua claſſe veniſſent*
ves, Eubœam peterent. Idem lib.
. c. 21. *Reſponſum utriſque non*
ſe, unde mitteretur . Juſſique *ipſi*

classibus atque exercitibus suis con sulerent. Paucis: *Livium* ita sæpiu locutum esse deprehendes: nec i eo proximæ ætatis scriptores in venerunt, cur imitari non conve niret.

Seneca Her. Oet.

Non anteveſtes induat *conju:*
jube,
Quam thure flammas spargat e
poscat Deos.

Asconius Pedianus Comment in Orat. pro Milone. *Citati dein testes secundum legem; quæ, ut s pra diximus,* jubebat, ut *prius, q causa ageretur; testes per biduun audirentur.*

Tacitus lib. An. 13, c. 40. *Q bus jusserat,* ut *instantibus comin resistereat, refugos non sequerentu*

Idem An. 13. 15. *Vbi Britann nico jussit exsurgeret.* Idem An. x 32. Jussitque ut *Britannicus &* (*Octavia in complexum patris perg*
rent.

rent. His affine illud eſt An. 4. c. 72. *Tributum iis Druſus* juſſerat *modicum pro anguſtia rerum*, ut *in uſus militares coria boum penderent.* Non itaque video, cur *Comitatam Poeticamque licentiam* interpreteris; ſi quis *jubeo ut*, antiquorum exemplo extra carmen dixerit. Locitioni huic, quod plurimis evenit; ut diſpliceant, ſi priores aliæ, vel frequentiores obſervatæ fuerint: licet ſæpe deſit, vnde multo meliores eſſe judicentur. Certum eſt priſcos Latinæ linguę magiſtros non ubique crebra ratis præpoſuiſſe.

CAP. VIII.

Magnifico & Purifico *non ſolis Eccleſiaſticis uſitata*. Manet *cum dandi & accuſandi caſu*. De eiuſdem verbi *uſu & ſignificatione*. Mundus *pro genere humano*, fru-

ſtra Eccleſiaſticam Latinita
eredi. Eccleſiaſticorum *in*
gendis & imitandis antiquis ſ
ptoribus, cura.

MAGNIFICO & PURIFI
inter *falſo Eccleſiaſticis*
numerata recenſet Clar. *Cellari*
quia illud *Plin. l.*10. *c.*1. hoc P
*l.x. c.*41. *Sueton. Aug.*94. His
jicere non alienum fuerit *Plinii*
*lud lib.*30. *c.*10. *Nec mirentur l*
qui ſciunt fœdiſſimum animaliu
quantam magnificent *ricinum.*
25. 12. *Idem* magnificat *Arceſi*
Lucii Luculli familiarem. Idem l
36. c. 5. *Arcelaum quoque* mag
ficat *Varro.* Sæpius apud *Plini*
invenies. Cum conſtet alibi *p*
ficare ab antiquis uſurpatum,
xerint forte crebrioris uſus ſuf
cionem illa *Plinii* lib.30. c.x. *I*
mus felle canis nigri maſculi ſuſ
purificateve. Et c.x1. *Pedibus pr*
aqua purificatis. *Ver-*

Verbum MANEO geminam ſtruram ſuſtinere, ut oſtenderet Cellarius: *Verbi*, inquit, *MANET exempla ſunt. Cic. Phil.* 11. 5. *Cuius te factum ſicut Curionem* manet. *Tibullus* 1. *Eleg.* 8. *extrem.* *At* te *pœna* manet, *&c. Et ita ferè ſemper conſtruitur, cum* Exſpectare *ſignificat. Tamen etiam Virgilius quanquam aut videtur* alia notione *Æn. l.* 4. 257. *manent immota tuorum Fata tibi.* Et 9. v. 303. *Hæc eadem matrique tuæ generique manebunt.* His Vir Clariſſimus ſignificationē & uſum *verbi MANET* apud antiquos imperitioribus oſtendere voluit: non verò video, quid hinc certi diſcant illi. Eſſe non inficior, ubi pro *Expectare* poſitum reperies, ut in illo *Liuii lib.* 42. *c.* 66. *Et ipſe hoſtium aduentum elatus ſucceſſu* manſit. Sed addit *Cellarius* etiam *alia notione* adhiberi. Quæ itaque illa? Hanc

si definiſſet, neſcientibus co
luiſſet melius. Scilicet *alia eſt.* I
aliæ; imo *plures*. Etiam *ſupe*
& *contingere* ſignificat. Vbi *ſu*
eſſe; ſocium plerumque caſu
habet *Dativum* ut in illo *Val. F*
ci Arg. l. v.

Maneat *regnis ne virgo pat*
Id. l. iv.

Haud tibi *pulchræ*
Manſerit *hoc ultra frontis decu*
Seneca Agamem.

Hæc lacera, & omni decore pop
to levis.
Fluitat: nec illi vela, nec tonſæ
nent.
Idem Oct. v.

Nulla cui *prolis ſuæ*
Manet *inter umbras cura.*
Id. Ibid.

Manet *inter umbras impiæ* c
mihi
Semper memoria.
Tacitus An. xv. c. 21. *Proxi* p

acc

ccuſatio decernitur; decernaturque & maneat provincialibus *potentiam ſuam tali modo oſtentandi.*

Idem Hiſt. lib. 5. *Sed quamvis capite defectionis ablato*, manebat pleriſque *militum conſcientia.*

Ubi verò *MANEO contingere* denotat *Accuſativum* regit, frequentius, ſi de *futuris* res eſt. Sin de *præſentibus*, quæ contigere, ſive bonis ſive malis, *Dativum* ſæpius adjungi cernes. Id quod bonorum Auctorum teſtimoniis probare licet.

Virgil. Æneid. 1.

Ultro Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam; & noſtros ea fata manere nepotes.

Seneca de brev. vit c. 15. *Quem illum*, inquit, *felicitas, quam pulchra ſenectus* manet, *qui ſe in bonorum clientelam contulit.*

Seneca Troad.

-- *Iſta* Menelaum manent
Arbitria.

Seneca Octau.

Quos *nunc pudor luctuſque per*
tuus manet.

Ex te, nefande, meque quæ tale
tuli.

Curtius lib. 7. c. 1. *Qualiscunq*
exitus nos manet.

Val. Flaccus Argon. l. v.

-- -- Manet *ingens* ægida *ſudor,*
Et noſtros *jam ſudor* equos.

Id. Ibid.

Dignus ævo, quemque *inſont*
meliora manerent.

Tacitus Hiſt. 1. c. 21. *Ac ſi* n
centem innocentemque *idem e*
rus maneat.

Tacitus An. 15. 51. *Neque* f
natui *quid* manere, *ſed proviſu*
quonam modo pœnas everſæ Reipu
daret.

Idem Germ. ca. 31. Ignavis
imbellibus manet *ſqualor.*

Se-

Seneca Oed.

Nec tibi longa manent ſceleratæ
gaudia cædis.

MUNDUS in Eccleſia ſonat genus humanum & res humanas, cujus notionis licet apud profanos interdum ſimilia reperiantur, tamen roclive ad fidem eſt, Eccleſiaſticos on tam illorum imitatione, quam cripturæ ſacræ conſuetudine ſtilum ium informare. Hæc Cl. *Cellarius.* rà verò ſi liceret tutandæ opinionis ſtudio quælibet ambiguis :onjecturis dubia reddere; ambigerentur omnia, quæ apud *Eccleiaſticos* occurrunt more veterum *Latinorum* uſitata, modo in *ſcriturâ ſacrâ* ſimilia reperieris. Quidi eadem ratione *Eccleſiaſticorum* nalit eſſe Cl. Cellarius; *magnifico, purifico* &c. quæ licet in *vulgata Bibliorum verſione* reperiantur, tamen *Eccleſiaſticis falſo annumerari* dicit; quia *Plinius* ha-

beat, non quidem frequentiſſim
tamen (ut indicatum eſt) opin
ne *Cellarii* frequentius. Mirum
cur, quæ antea *Eccleſiaſticoru*
eſſe crediderit *Vir Claviſs.* melio
docente Cel. Borrichio non ta
Latinorum exẽplo, quã modo *Sc*
ptura ſacra ita eos ſcripſiſſe fi
gat. Non ab re fuiſſet addidiſſ
unde res demonſtraretur. Ecqu
autẽ ignoraverit *Eccleſiaſtivos* d
ligentiſſime *veteres Latinos* lecti
taſſe; ut quantum poſſent, imita
rentur? Largiamur, à *profanis* u
ſurpata, ſi *ſacræ ſcripturæ conſue
tudine* probarentur, eo magis *Ec
cleſiaſticis* placere potuiſſe. Qui
inde contra Celeb. Borrichium
confeceris? qui *Anal.* pag. 42. o
ſtendit etiam extra *Eccleſiam* vo
ce *Mundi* ſæpius apud *Senecam*
Curtium, *Lucanum*, *humanum ge
nus* denotari. Ægre ergo cum Cl.
Cellario Eccleſiaſticam Latinitatem

eſſe

esse dixerim. Simili quoque modo de *remittere peccata*, *sæculum* &c. judicavit Vir Clarissimus, quæ *Latinis prisis* non insolita fuisse multis Celeb. Borrichius edocuit: ut nesciam quo argumento Cl. Cellarius *Ecclesiastico* eo adduxisset, ut se non tam Latine, quam vulgatæ Bibliorum versioni convenienter locutos esse credidisset. Certe diligentius longe illi, *Vir Clarissime*, Latinos veteres legendo percucurrerunt, quam ut hæc de illis suspicari deceat. Quid quod & ipsis copia illorum scriptorum erat, qui nobis hodieque desunt: ipsis multa *veterum fragmenta* debemus.

CAP. IX.

Nuncium & Prænuncium *neutro genere Latine dici. Objectionibus Cellarii occurritur. Tibullus. Catullus.*

tulus. Livius. Varro. Nutricius *adjective.* Noviſſimus *&* Noviſſime *apud aureæ ætatis ſcriptores ſæpius inueniri.* Oblivioni tradere Peſtis *pro* peſtilẽtia & morbo

NUNCIUM *&* PRÆNUNCIUM *neutro genere Latini dici ex Catullo, Tibullo, Livio, Seneca, Plinio*, monſtravit in *Analectis* Celeb. Borrichius: quibus *Sedulium* adjecit. Verùm de locis *Senecæ & Plinii* Cl. *Cellarius Quo minus*, inquit, *adjective exponi poſſint non video quid obſtet. Senſus enim eſt, res præeuntiæ procellarum malorum &c.* Silicet illud obſtat, *Vir Clariſſime*, quod non liceat omnia pro arbitrio exponere. Ea ratione diceret aliquis *indicia ſceleris &c.* apud Ciceronem non eſſe *ſubſtantivum*, quia finxeris exponendum eſſe per *res indicantes*. Quæſtio hic non eſt de eo, quæ res

res detorqueri poſſit: ſed quod præſens rei ratio ferat. Notum eſt, apud antiquos *adjectiva* ſæpe *ſubſtantivorum* naturam ſequi, ut eatenus *adjectiva* eſſe deſinant, *quatenus* alienas vices ſubeant: ut in illis *fidus amicus* Horatii: *vernaculum noſtram* Columellæ, & infinitus id genus aliis. *Prænuncia* in allegatis à Celeb. Borrichio ex *Seneca* & *Plinio*, *ſubſtantivi* loco eſſe ex ipſis verbis apparebit. Ita Seneca lib. III. de ira c. x. *Quemadmodum tempeſtatis & pluviæ anteipſas notæ reniunt, ita iræ amoris &c. ſunt quædam* prænuncia. Dicat Cl. *Cellarius*, qua alia ratione hic *prænuncia*, quam *notæ* adhiberi videat. Certe ſi velit *illud* adjectivum eſſe, quia putat per *res prænuncias* exponi poſſe, neque *hoc* ſubſtantivum erit ſi per res *res notantes* expoſueris. Miror Cl. *Cellarium* largiri *Nuncia* apud

Se-

Sedulium l. 11. *Subſtantivum eſſe quia adjunctum habet* Grandia cum tamen hic *Præuncia*, adj ctivum eſſe ſtatuat, cui pari mo adjungi vides *quædam*. Nec dif militer Plin. lib. 11. c. 27. *Quit hæ ingentium malorum fuere* pr nuncia. Sed ad alia. *Tibullus*, inqu Cellarius, *ſane adducitur frnſt Nam* 111. *Eleg.* 4. *ſcripſit*:

Divi vera monent: venturæ ni cia ſortis
Vera monent Thuſcis exta prol ta viris.

Sed non adeo confidenter *bullum* rejeciſſet *Vir Clariſſimu* cum nondum probata ſatis ſit ſa ipſius interpunctio. Ita enim *Tuſcanella* & *Bernar. Cyll. Ve nenſis* diſtinguunt.

Divi vera monent venturæ ni cia ſortis.
Vera monent Thuſcis exta prol taviris.

Ali-

Aliter MSS. codex Celeb. Borrichii,

Di meliora monent venturæ nuncia sortis?
Vera monent Thuscis exta probata notis.

Apud *Catullum* legunt ex impressis accuratiores pleriq; libri:

Geminas Deorum ad aures nova nuncia referens.

Atque ita MSS. codices Celeb. Borrichii. Parum hic conjecturæ *Scaligeri* dederis, cum vulgatum longe melius conveniat.

Dei loco *Livii* Clari Celebris: *Mendosa*, inquit, *Francofurtensis editio sub Gruteri nomine mistam vitii* cium *adfert*. Non tamen illa sola *Vir clarissime*. Ita etiam *Parisiensis* anni 1625. Consentit Lucan. lib. 1. de B. C. *Ubi nocte in templum ædificia aspicat, atque deos vaticinium erit.*

VUTRICIA *adjectivo dixit Columella*, III. 13. *& Arnob.* II. *pag.*

58. Hæc Cl. Cellarius. Verum
ex aureo ſeculo plus accedat re
boris, *Varronem* audiamus. Ita
ille l. 11. de R. R. *Quis Fauſtulu*
neſcit Paſtorem fuiſſe nutricium
qui Romulum & Remum educau
NOVISSIMUS aureæ ætatis ſcr
ptoribus uſurpatum fuiſſe, ut oſte
deret Clar. *Cellarius*, adduxit C
pro Roſc. Com. c. xxi. *Cæſ. bell. Ga*
l. i. 23. *Caſſ. Ciceroni* 12. *Epiſt.* 1
Catull. Epigr. 4. *Virgil.* xi. Veru
ſcriptores antiquos diligenti
pervolutanti manifeſtum erit, N
ſſimus etiam *aureo ſeculo* frequ
tius fuiſſe: ut potuiſſet Cl. *Cel*
rius more ſuo, quo merito la
dandam literatis induſtriam
clarat, plura ad demonſtrandu
crebriorem vocis uſum profer
Varro lib. 5. de L. L. *Extrem*
noviſſimum *quoque* dici *cæpu*
vulgo. Quod mea memoria Æl
Gallus, ſic ſenes aliquot nimium
vum

um verbum quod esset, vitabant. ujus origo, ut à vetere vetustius c veterrimum, sic à novo declina- um novius & noviſſimum. Idem b.8. de L. L. *Quod magis mane gnificat primum mane, magis ve- pere.* noviſſimum *veſper.* Idem le R. R. lib. 1. c.2. *Ludis Circenſi- us* noviſſimi *circuli finem facit uadrigis.*

Cæſar lib.1.bell. Civ. *Cernebā- ur equitatus noſtri prælio* noviſſi- nos *illorum premi.*

Hirtius de bell. Hiſp. *Ita* no- iſſimo *tempore ſervum iuſſit & li- ertum qui fuiſſet ejus concubinus, lterum ſe ingulare, alteram pyram incendere.*

Livius lib. 42. c. 57. *Sperantes fore, Romani equites abeuntium* no- viſſimum *agmen aggrederentur.* Plura paſſim occurrunt. De ar- gētea ætate nihil attinet monere.

Adverbium NOVISSIME, inquit Cellarius, *eſt Planci ad Ciceronem*

x. ep. 17. & 24. Et Caſſii 12. ep.
13. Salluſtii Jug. c. 10. & Hirtii 8.
bell. Gall. ut mirum ſit etiam Tironi
improbatum fuiſſe. Primum & ter-
tium Ciceronis, etiam Hirtii locum
Celeb. Borrichio debet Cellarius.
Nunc ſinat ſibi in memoriam re-
primi Varronis illud li. 1. de R. R.
cap. 31. Omne pabulum primum
ocimum, farraginem, viciam, noviſ
ſime fœnum ſecari. Et c. 64. Cu
id noviſſime potiſſimum trajcian
cum ſeneſcit luna. Si inferioris æ
ſcriptores libuiſſet audire vel e
uno Seneca plurima potuiſsēt adc
OBLIVIONI TRADERE. Goc
nius in Anal. pag. 22. damnat ta
quam fictum ad modum Ciceronia
tradere memoriæ. At Liuius l. 3
dixit ſacra oblivioni dederunt &
37. arma bellumque oblivioni d
da. & 32. 21. Non aliter quam
longe interuallo Capitolinus in
crino c. xi anteacta omnia obliv
dare

ire. Hæc *Cellarius*. Sed qui opus
t ex æneo ſeculo *Capitolinum*
lvocare, ubi ex aureo *Varronem*
:cerſiveris. Ita ille lib. 6. de L. L.
llus léto datus eſt, *quod Græcus*
cit λη'θη, *id eſt*, oblivioni.

Peſtis non adeo late ſe ſemper
ctendit, ut nuſquam occurrat,
ɔi denotat idem quo *Peſtilentia*
r *morbus*.

Seneca Oedip. Act. v.

Violenta fata & horridus mortis
tremor,
Macieſque & atra peſtis, *& ra-*
bidus dolor
Mecum ite.

Sermo eſt de *peſtilentia* vaſtan-
e Thebas. *Columella* lib. 6. de R.
t. c. 12. pro *morbo* pecoris *conta-*
ioſo poſuit. *Eſt & infeſta* peſtis
ubulo pecori, coriaginem ruſtici ap-
ellant.

Cratius Cyneg.

Stringendæ nares, ſcindenda liga-
mina ferro. *Ar-*

Armorum, geminaque cruor ducendus ab aure;
Hinc vitium, hinc illa eſt avidæ vehementia peſti.

Columella de Re Ruſt. lib. 7. c. 5. *Si ægrotat univerſum pecus & ut ante præcepimus & nunc aſſeveramus, in hoc caſu pabula mutemus, &c. ſi ex calore & æſtu concepta* peſtis *invaſit.* Quod hic peſtem, *Columella* l. 6. c. 5. *peſtilentiam* vocat: iterumque *peſtem* lib. 7. c. 5. *Mutandæ regiones, quod in omnibus morbis & peſtibus fieri debere cenſemus.* Similiter eodem libro c. 7. Et *ſcabiem canum, Peſtem* dicit cap. 13. Sic eorundem *rabiem* appellat *Gratius* in Cyneg. *Columella* lib. 9. c. 13. Peſtilentiæ *rar in apibus pernicies.* Hanc paul poſt *Peſtem* vocat: *Ne tali* peſte *vexentur.* Et mox: *Cum ejuſmo* peſtis *inceſſit.*

CAP.

CAP. X.

iissimus *frustra ad argenteam ætatem referri. Varie, dum lingua Latina floruit, de vocibus judicatum est.* Posito quod. *Præsentaneus non infrequens antiquis.* Pro & contra. *De harum particularum usu bene in Anal. Celeb. Borrichius.* Quoad *cum Accusativo frustra rejici velut antiquis penitus ignotum.*

PIISSIMUS *ad argenteam ætatem* refert Cl. *Cellarius.* Ejus tamen meminit *Cicero in Philipp.* ut onstet illius ævo non defuisse, ui usi sunt. Esto, non plane robet *Cicero.* quid inde? Notat & *Varro*, *NOVISSIMUS* novam ua memoria vocem fuisse; quam amen æquales ejus frequenter ppido usurpavisse notum est. mo quis paulo *versatior* ignora-

re

re potest; in *Philippicis* ita de
Latinis vocibus judicavisse *Cice*
rem; ut ostendat se acriori in
Antonium odio, & vehementio
insectandi fervore sibi sæpius e
cidisse dum adversario voces m
le Latinas & inusitatas objecer
quas ipsimet alibi non improb
ras & ejusdem ævi scriptorib
usitatas fuisse constat. Dum l
gua floruit *Latina* perquam va
de vocibus *Latinis* judicatum
at à multis probatas videas, i
probaverunt alii; & contra.
non ex *Varrone*, *Cicerone*, *Sen*
Asconio, *Quintiliano*, *Gellio*, &
manifestum esse potest, du
conjecturis de *vocibus* litiga
Veteres? Ut non sit quod sta
in recentius ævum rejicias,
quo *hic* vel *ille* dubitaverit; m
constet optimo *Latinitatis*
non ignotum fuisse ut accur
ribus proximæ ætatis scripti

ius aliquo antiquioris originis argumento probari posset. Hinc *PIISSIMUS* notantes post alios in *TURISCI* Cellario apud *Senecam trumque Curtium*, *Quintilianum Frontinum* reperies: quibus & *Tacitum* adjeceris *Agric.*c.23. *Testamento cohæredem optimæ uxori & piissimæ filiæ Domitianum scripsit.*

POSITO (sensu concedendi) dubium olim erat *in Curis posterioribus* Cl. Cellario. Verum cum adverterit, monuisse in *Analectis* Celeb. Borrichium, *Ciceroni in Timæo* usurpatum esse, rem aliter in *Curis* suis *Tertiis* expedire studuit: *POSITO* absolute, *vel sequente* quod, *non videtur purum*. Pronomen *euim adjicendum erat sexti casus. Cic. 3. Fin. cap.8.* Quo posito *& omnium assensu approbata. Et de* universo *cap. 4. incunte* Hoc posito, *quod sequitur*. Hæc *Cellarius*. Neque tamen novo

 pror-

prorſus & inuſitato antiquis
plo feciſſe dixerim ; qui ſine
juncto *pronomine ſexti caſus* d
tato verbo fuerit uſus: cum ol
ves non diſſimiliter locutos
Latinos veteres . Livius lib.3
39. *Nondum* comperto , *qua*
gionem hoſtes petiiſſent . Non
Tacitus ; cur *Livium* non ſequ
tur. Ita enim ille *An.* 1. cap
Comperto. *vanam eſſe formid*

Idem *An.* 11. *c.* 60. Comp
profectionem eam incuſari.

Idem *An.* 4. *c.* 36. Comp
ficta in eum crimina.

Idem *An.* 4. *c.* 63. *Neque*
comperto , *quos illa vis perc*

Idem *An.* 9. *c.* 13. Comp
Græcam quoque literataram n
mul ceptam abſolutamque.

Idem *An.* 14. *c.* 57. Comp
que *Plautum & Syllam maxi*
meri.

Idem *An.* 111. *c.* 52. *Ti*

ſ

ſæpe *apud ſe* penſitato, *an coerceri tam profuſæ cupidines poſſent.*

Idem *An.* 11. *c.* 7. Audito *caſtellum Luppiæ flumini adpoſitum obſideri.*

Idem *An.* xi. *c.* 38. *Non* diſtincto *ſua an aliena manu* (periiſſet Meſſalina.) Paucis. Apud *Tacitum* ſæpius *Participia ſexti caſus*, ſine *pronomine* poni deprehendes; quod *Saluſtio*, *Curtio* & aliis non infrequens eſſe notum eſt: ut non videam, quid peccet, qui illorum exemplo *POSITO participium adhibuerit.*

PRÆSENTANEUS id eſt efficax, Carolus du Fresne in Gloſſar. Marcello Empirico & Deſiderio Epiſcopo tribuit. Antiquius eſt. Plin. 20. 2. 28. 13. *Sen. ep.* 95. *Suet. Ner. c.* 33. Hæc Cellarius. Imo antiquis frequentius fuiſſe fidem fecerit Plinius lib. 24. c. 1. *Ferulæ aſinis gratiſſima ſunt in pabulo, cæteris*

vero jumentis præſentanea *ven*

Idem lib. 21. c. 31. *Quippe p*
ſentaneum *remedium ad dent*
mobiles firmandos.

Idem lib. 27. 5. *Aſter ab ali*
bus bubonion appellatur, quon
inguinum præſentaneum reme
eſt.

Idem lib. 27. 9. *Huic vis*
ſentanea *contra cicutam.*

Ibidem lib. 30. c. 9. *Arti*
luxatis prælentaneum *eſt*. *A*
eumdem ſæpius invenies.

PRO & CONTRA ſordes
Latinitatis, inquit *Cellarius*,
jubet dicere in utramque par
Ad hæc Celeb. Borrichius i
nalectis. Malim & ego in orat
polita in utramque partem
quid obſtat, quo minus inter
tandum quandoq; adhibeatur
τικῶς, *& quidem ſatis Latin*
lib. III. *de Ira cap.* 23. *lib.* III.
cap. 8. *Quint. l.* 5. *c.* 1. *&c.* V

l. Cellarius non advertens, quo
ndat Cel. Borrichius; *Alienum*,
quit, *ergo eſt Senecæ exemplum*
- *Quintiliani. Utrobique enim Pro-*
)men ad pro adjungitur. Ergone
l. *Cellari* hic excidit, plus inter
: diſſertantibus, quam conſide-
ate ſcribentibus dediſſe *veteres*.
Jon negat Celeb. Borrichius in
tramque partem dici elegantius:
ed monſtrat, (1) ita particulas
)ro & contra olim abhibitas fuiſſe;
it non male Latine loqui dixeris,
qui in eadem oratione antiquo-
rum exemplo conjunxerit. Potius
enim in eo *Varrónem*, vult ſemel,
& *Livium*, qui bis eodē modo lo-
cutus, imitari *Seneca* (2) Ἐλλειπτικῶς
in eadem oratione particulam
contra uſurpaſſe *Latine* loquentes,
ex *Quintiliano* docet. Non illud
ab inſtituto Celeb. Borrichii cre-
dideris alienum Vir Clariſſime.
Monendus enim erat imperitus

Lector, ne ex illis quæ in *Anti barbaro* & *Curis posterioribus* scri pſiſti, ſuſpicaretur (ut ſunt vag meliora neſcietium opiniones *pro* & *contra* nullo modo in eac oratione *veteres* adhibuiſſe: ind cavit ergo Celeb. Borrichius, qu modo adhibuerunt.

QUO AD non Accuſativum git *Latinis*, *ſed verbis præfigitur*, *quamdiu*, *quouſque ſignificat*. H Ceſſarius. ad *Latinitatem* ideoq *incertam* retulit. Atqui *Vir C riſſime*, locupletes *certæ Latinit* teſtes fuerint *Varro* & *Livius*. enim ille lib. 7. de L. L. *Hæc ſi latim triplicia eſſe debent*; quoad *xum*, *multitudinem*, *caſum*. Li lib. 42. c. 6. *Multis juſtiſque c Regem excuſavit*, *quod ſtipend ſerius* quoad *diem præſtaret*.

CAP

CAP. XI.

emediare *non idiotismus Scribonii.* *Irremediabilis.* *An separatas voces* idiotismos scriptorum *dicere conveniat?* Sanguinem fundere. *Particulam* Sive *non semper ad res easdem diverso nomine explicandas ex mente Vorstii & Cellarii adhibuisse Veteres.*

REMEDIARE *Scribonius Largus sepe in præfat. & Compos.* 1. *Etiam Hyginus, & deponentialiter Hieronymus.* Hinc remediatio *ejusdem Scribonii* & remediabilis *Senecæ*, Cl. Cellarius, viam præmostrāte in *Cogitationibus* Celeb. *Borrichio*. Verum non video cur *sæpe in præfat. Scrib. Largi* reperiri putet *Vir Clarissimus*: cum semel occurrat. Cap. 29. sæpius, & passim per totum opus: ut appareat, non *Scribonii* aliquem

idiotiſmum eſſe, quod ſtatuit *Cellarius*; ſed *Medicorum* aliorumqu ejuſdem ævi verbum. Plebejum tamen eſſe non denegaverim. Ac verterit facillime, qui diligenti legerit *Scribonium*, familiarium vulgariumque verborum, qua elegantiæ ſtudioſiorē fuiſſe; du ita ſcribere laboraverit, ut ab o nibus cognitiſſimis verbis intel geretur. Quodſi deinde pro mc velit Cl. *Cellarius* ex *compoſitis* r declarari, pluribus quoque uſi tam vocem *Remediabilis* fuiſſe ſpicio erit. *Irremediabilis* ſæpe xit *Plinius* lib. 25. c. 13. *In* pota irremediabilis *exiſtimatu* 28. c. 7. *E quibus dixiſſe non pu ſi in defectu Lunæ Soliſve cong vis illa*, irremediabilem *fieri* Præterea mirari ſubit, Cur C *Cellarius* hic inter *idiotiſmos Re diare* referat; quod tamen pl bus vſitatum eſſe, oſtendit ſe

Co-

Cogitationibus Celeb. *Borrichii* dudum perſpexiſſe: cum alibi, quod unius tantum ſcriptoris antiquioris teſtimonio probaverit, ut *Sternutatio* Scribonii &c. inter illa numeret, quæ *meliori ævo reſtituta* tutius adhiberi poſſunt. Nec denique ſciverim, cur voces ſeorſim conſideratas, modo ſint antiquis raræ, *Idiotiſmos ſcriptorum* vocitet Cellarius. Ea enim ratione vel apud elegantiſſimos ſcriptores obvias inelegantes & ingratas voces, quas uſus non emollnit frequentior, ipſorum Idiotiſmos diceres: licet nihil minus eſſe ſuadeant evidentior in illis elegantiæ cura, & gratia dictionis accuratæ, Difficiliter, Eſſentia, Interitio, Fimbriaturit, Figulaturit, Intrabile, Famigeratus, Nimietas & plurima id genus alia, quis dixerit Idiotiſmos eſſe Ciceronis, Livii, Aſinii, Fabiani,

Melæ, Columellæ &c? Eſt idio
tiſmus, finiente Seneca virtus o
ratoria: quam non in nudo ali
quo vocabulo conſiſtere ex præ
fat. lib. III. Controv. manifeſtiſſi
mum eſt, vel fit ex mente Cl. Cel
larii; privata unius & alterius cō
ſuetudo dicendi, quid inde? Eſſ
ſuum cuivis pro ingenio propri
dictionis characterem non dene
gaverim: verum illum non ex ſe
paratis verbis, ſed accuratius pe
ſpecta totius orationis indole di
gnoveris; quod fusè monſtratur
eſt à Cicerone, Quintiliano & a
liis. Propria nonnulla Ciceron
Commentarius obſervat. Aſco
nius, non ex nudis verbis (quibu
proprietatem non convenire do
cet Fabius Inſtit. Orat. lib. 8.
alibi ſæpe) ſed ex contextu,
orationis conditione, dijudicat
: *SANGUINEM FUNDERE de*
ſimplici homicidio Latinitatem pr
lapſam

lapſam eſſe credit Cellarius. Obſtant, quo minus conſentire liceat, illa Senecæ in Med. Act. v.

--- --- *Liberi quondam mei,*
Vos pro paternis ſceleribus pœnas date &c.

Egon' ut meorum liberum *ac* prolis meæ
Fundam cruorem? *melius, ah demens furor!*
Idem Her. Fur.
Quo tendis amens? ſanguinem fundes *tuum?*
Id eſt, *Occides, quem genuiſti filium?*

Seneca lib. 6. de benef. c. 30. oſtendit, multos inconſideratè moliros eſſe, unde non tantum, aliis [inimicis & amicis] ſed tandem ipſis præſens eſſet pernicies, cum ſecuti iram, quem nemo revocabat; multorum ſanguinum, hauſerunt, fuſuri noviſſime ſuum.

VEL pro SIVE improbavit

Vorſtius ſub finem cap. 18. de ſu-
ſp. Lat. quibus hanc differentiam
dat, ut SIVE iiſdem rebus diver-
ſo nomine explicandis, VEL re-
bus interponatur diverſis. v. g
Diana ſive Phœbe, non vel Phœ
be. Et in hoc cum Clar. Vorſtio
conſentit Cellarius, exempliſqu
monet probari poſſet plurimis
Verum ideo perpetnum eſſe du
bito. Varronem audiamus lib. 4
L. L. Si quis pro ſe ſive alter
dari rationem volet. Aſconius
Pedianus Com. in 11. Ver. Rupi
lius ſive Oppius ſuppoſitus à Ve
c. & 8. petiit. Idem in Comn
in 111. Ver. Tribus initio tres fue
runt, Tatienſis vna à Tatio Reg
Ramnenſis altera à Romulo, Lu
ceres altera à Lucumone ſiue L
cretio, ſive à Luco quem aſylu
vocaverat Romulus Tacitus A
11. cap. 25. Viſa ſive ex metu cr
dita. Idem c. 11. 29. Die ſenat
me-

metu & ægritudine feſſus, ſive ut tradidere quidam, ſimulato morbo. Idem Hiſt. lib. 1. cap. 39. Agitaſſe Laco, ignaro Galba, de occidendo T. Vinio dicitur, ſive ut pœna ejus animos militum mulceret. Idem Hiſt. lib. 4. c. 47. Nec multo poſt neceſſitas abiit, ſive omiſſa ſimulatio. Taceo apud ſcriptores Latinos frequentiſſimum particulam SIVE repetitam ſæpius, rebus interponi diverſis.

CHRI-

CHRISTOPHORI CELLARII

DISCVSSIO APPENDICIS DANICAE

ad

Curas ſuas Poſteriores,

nuper novo titulo

Obſervationum ſingularium circa Latinam linguam prænotatæ;

iterum auctior edita.

JENÆ, & iterum PANORMI
Apud Didacum Bua 1707.

Imp. Sidoti V.G. Imp. Ugo P.

DISCVSSIO

OBSERVATIONVM SINGVlarium circa Latinam linguam.

ANTEA TITVLO

Appendicis ad Curas Posteriores Christophori Cellarii editarum.

UNdeviginti anni sunt, quum libellum in lucem emisi, quem juvenis olim meorum privato usui ex Vossii potissimum de Vitiis sermonis tractatu composueram. Sub idem tempus

pus *Olai Borrichii*, eminente ir
genio viri, in laudatum Voſſii l
brum *Cogitationes* in Dania pro
dierunt, quibus viſis perlectiſqu
demiratus fui, ſæpe Gerardum
Joannem Voſſium (at quam v
ſtæ doctrinæ virum!) in cenſu L
tinitatis agendo non, quod r
eſt, præcipiti cura judicaſſe, t
innocentibus præter meritum l
co motis, aut civitatis jure, qu
antiquitus habuerant, indign
ſpoliatis. Eædem Cogitation
incitamento mihi fuere, ut plu
mos Latinitatis auctores à Ci
ronis ætate ad illa uſque temp
ra, quibus barbarę gentes Itali
& provincias, & una Latinam
linguam, quæ ampliſſimi u
fuerat, in ſuæ indolis formam
turparunt; quantum per off
rationes licebat, curſim & p
peranter retractarem. Multa ſ
animadverti tum Lexicorum c

dito

ditoribus, tum cenſoribus Latinitatis ignorata fuiſſe, quibus non minus, quam Borrichii, & aliorum obſervationibus inſtructus CURAS POSTERIORES abhinc quindecim annos conſignavi & publici uſus editione feci, in quibus tum alios viros, per quos profeceram, tum Olaum etiam Borrichium honoris cauſſa ſemper nominavi, nec parca illos laude proſequutus fui. Erant tamen nonnulla, in quibus à Borrichio diſſentiebam, quæ liberè, ut ingenuarum artium cultorem decet, non propoſui modo, ſed argumentis etiam, ut puto, non contemnendis confirmavi. Librũ meum in Daniam perlatum publicis lectionibus Borrichius, tum regiæ Academiæ RECTOR, ponderandum adſumſit, uti ex programmate vidi, quo ſuos & collegarum labores, ut moris eſt academiis,

miis , anno CIↃ IↃC LXXXI. præſi
gnificavit . Altero anno vel e
dem, quæ prælegerat , vel auctio
ra etiam edidit, quibus *Analecti*
rum ad Cogitationes de lingua Lat
na nomen præſcripſit. Nihil nc
honoris mihi in illo libro detul
& pro genio ſuo ſatis modeſte
cuncta examinavit , quamvis v
ſemel aut iterum ceſſerit , meli
ra à me admonitus : ne forſa
erraſſe videretur, qui tanta auc
ritate non ſolum inter ſuos ,
exteris etiam regionibus erat.
terea quod in odium concitar
alios poſſet,amicitiam inter n
etiam mutuis litteris deinc
cultam; conciliavit : nec ægr
lius diſſenſionem ferebam , &
priori opinione tenaciorem
quando perſeverantiam . Q
verò diſtracta Curarum exem
ria eſſent , & de nova editio
bibliopola admoneret ; non

tu

tui, quin de iis etiam diſſererem, quæ Analectis Borrichianis contra me diſputata fuerant. Deſii dubitare, ſi quæ certiora attulerat probaveratque exemplis illuſtrioribus: ubi priori ſententiæ inſiſtebat, mihi quoque meam tueri neceſſum erat, & firmioribus argumentis corroborare. Sic iterum prodierunt anno LXXXVI. Curæ meæ Poſteriores, ſed auctæ multis in locis, nonnullis etiam emendatæ, ad quas non Olaus Borrichius, ſed junior aliquis *Andreas* ejuſdem cognominis, ut dedicatione expreſſum eſt, ſequenti anno LXXXVII. animadverſiones edidit, quibus hanc inſcriptionem fecit; *Appendix ad Curas Poſteriores recognitas viri clariſſimi Chriſtophori Cellarii, Hafniæ.* Præfatione ſuam operam in alieno negotio ſic inſtituit excuſare: *De toto hoc inſtituto plenius haud dubie celeberrimus*

rimus Borrichius differuiſſet ipſ
vel per graviora negotia licuiſſ
harenam hanc ulterius deſcende
vel libuiſſet amicitiam, qua cl
Cellario obſtrictus eſt, ullo mod
tigare. Gratum mihi, quod
clariſſimi OLAI mecum inſt
amicitia fatetur: nec moleſ
quam ipſe operam contra C
meas inſumſit. Non enim ita
licatulus ſum, ut ferre non p
ſi quis lituram in mea faciat
perdoceat meliora, præſerti
ea cauſſa & materia, quæ n
nius hominis induſtriæ eſt,
licet univerſam Latinitatem
luſtrare, & ad minimos eti
apices reſpicere, cum aliis
eoſdem conferre, & ubi diſſ
tia eſt, ad antiquiores refug
& quæ commodiſſima lecti
exinde dijudicare. Velim c
plurima doctiſſimus Auct
tuliſſet, quæ dubiam Latini

confirmarent, quum nemini lubentius debeam, quam qui vocabuli formam, ignoratam antea, aut significationem mihi demonstraverit. Verum perlecto libello isto, nihil sanè inveni, quod me ab sententia priori dimoveret, quum litteratissimus auctor duo sibi proposuisse ex perlecto opusculo constet, aut mea, quæ defenderam; novis exemplis cōfirmare, quasi numero certandum sit, non pondere argumentorum, quod minime mihi ingratum est, quamvis sit superfluum: aut quædam ex maioris Borrichii Analectis pertinacius tueri, quamlibet altera Curarum editione ostenderam, non leviſſimis fulcris, aut pœnitenda auctoritate stare quæ in contrariam partem à me adlata fuerant: quædam etiam illius ab instituto nostro longius declinare. Non itaque opus erat, ut

quid-

quam Appendici illi repone
quę partim mea cõfirmabat,
tim nihil novi adferebat, ſed
Curis poſterioribus meis ſati
poſita atque declarata fue
Contentus judicio eram, quo
ri clariſſimi, qui Eruditoru
cta colligunt Lipſiæ, anno
IↃↃ LXXXII. & doctiſſimus a
Colloquutionum menſtruarı
quæ ibidem prodeunt, ann
IↃC XCII. de iſta Appendice
rant, quo ſatis pro me etiam
ſponſum videbatur. Acceſſi
ratio, ut tacere mallem, qu
quidquam cenſori meo reg
quod alienus ſemper fui à
bendi genere, quod content
alit, nec ſpem conciliation
oſtinatam partis opinionem
bet, præſertim ſi quid ille
ſcuit, acerbi, quemadmod
Appendicem illam cum la
mea & aculeos habere, l

non poteſt obſcurum eſſe, quos tamen auctoris juventuti condono, infra, ubi ſingula excutienda ſunt, perbreviter, & ſine acerbitate, quam iniqui & alieni à loco ſint, omnibus monſtraturus. Sic conſtitutum mihi erat, ſilentio Appendicem prætermittere, in qua ſententia etiam perſtaturus fuiſſem, niſi proximis nundinis libellus prodierit ita inſcriptus: *A. B.* (lege Andreæ Borrichii) *Obſervationes ſingulares circa Latinam Linguam ex claſſicis & aliis probatiſſimis auctoribus collectæ, & ad uberiorem indaginem propoſitæ. Francofurti anno* 1694. Putaſſes recentiſſimum libellum eſſe, quo novum aliquid & inauditum cõtra me adferatur, quia nomen meum per ſingulas fere pagellas expreſſum conſpicitur. Quem quum evolverem à bibliopola mihi transmiſſum, illico depre-

hendi, non novum librum, ſe
veterem illam Appendicem eſſ
novo operculo veſtitam, nov
laudatam titulo, ut Sardis ven
libus ſolet. Silicet qui vendid
rat bibliopola, quum paucior
emtores, quam ſperaverat, i
veniſſet, ne ſumtus, quem fec
rat, periret, arte quadam, ſed
honeſtis & liberalibus aliena, ſi
conſulturus, abſciſſa veteri de
catione & cenſura academica
quæ ætatem adſcriptam habeb
titulo, ut dixi, immutato, præ
tionem veterem, alio typo, ut
va appareret, recudi curavit, c
emtores novitatis ſtudioſi, fa
hoc prætextu illecti, cupidius
incõſideratius, quod neglexer
antea, non tam in uſum ſuun
quam in lucrum venditoris en
tarent. Credo etiam permul
deceptos fuiſſe, quibus con
verſiæ illæ, me & inter Olaun

gitatæ

gitatæ, notiſſimæ nõ fuerunt. Ut ergo luculentius appareat, nihil novi contra me incruſtato hoc libro tentatum eſſe, & quæ olim tentata fuerant, non tanti eſſe, ut ſententiam meam, quam de Latinitate habui, expugnent, vel aboleant; cum pace auctoris, quiſquis ille, de quo diverſa mihi narrantur, breviſſimè exponam, quæ hoc libello ſeu Appendice continentur. Ita autem operam diviſam volo; ut quæ ſparſa auctor & confuſa tradidit, in duos ordines diſponam, quorum primo ea recitentur, quæ ad juvandam ſenrentiam meam ſuperaddidit: altero quæ adverſum Curas meas iteratas produxit, ut patroni ſui Analecta tueretur.

CLASSIS

PRIOR

APPROBATORVM

AB

ANDREA BORRICHIO.

RORULENTUS. Hanc vocem Borrichius major in barbaris ſcripſerat: vindicavi auctoritate Columellæ, Plinii, Solini: junior, ne mea reſtitutio ſolius ſi ant à me aliquid accepiſſe fatetur, *idem*, ait, *auditores ſuos a aliquot annos ex Plinio docuit ce berrimus Borrichius.* Credam d viro induſtrio & multæ lection etſi paulo ante in Analectis ni ejus prodiderat. intra quinqu nium ergo iſtos *aliquot annos* tiſſe oportet.

ABOMINOR. Duobus exemplis ex Analectis uſus fueram: cetera mea ſunt. Addit Andr. Borrichius non ſine aculeo. *Forte in Analectis adducta inter illa recenſeri voluit vir clariſſimus, quæ ſibi in memoriam à celeberrimo Borrichio repreſſa dicit, poſtquam exciderant.* Sciat autem doctiſſiſs. Andreas, ſicubi ita loquutus fui, à patrono vel gentili ſuo didiciſſe, quem quum immeritò *Suſtentaculum* rejeciſſe ex Tacito admonerem, reſpondit Analect. pag. 21. *Profiteor Clar. virum memoriæ meæ iterum impreſſiſſe vocabulum Taciti SUSTENTACULUM.* Hūc ergo ſuum irrideat, ſi turpe eſt memoriam hominis ab alio aliquando ſuſcitari.

ÆQUOR pro *mari*, in poeticis ſcripſeram: ſuperaddit Andr. Borrichius, poetis præterea *campi* quoque *planitiem* ſonare, quod

equidem nunquam ego neg
ram : neque verò opus erat
num à propoſito adferri, c
ſumma fuit oſtendere, in prc
æquor pro *mari* intolerabilius
ſe, quamvis Pomponius Mel
uſus fuerit.

COUERSATIO. Confi
ſententiam meam Senecæ &
citi exemplis pluribus : mihi
fecerat, Tacitum & Senecai
aliis locis patronos advocaſſe

CAUSSA auferendi caſu,
MEGEN, non tantum poſtponi.
etiam caſui ſuo præponi poſſ
Livio probaveram : Andr. B
chius addit Ennium ex Serv
Nonio Marcello.

COMPOSITIO. Notion
medicinalem, quam ex Cicer
Celſo, & Seneca oſtentavera
auget uno Columellæ exem

CORPORALIS & INC
PORALIS. Noſtris ex Sene

exem

exemplis adduntur alia ex eodem.

DEFECTUS. Ex aurea ætate contra Scioppium probaveram hoc adjectivum ſive participium: adjungit Andr. Borrichius documenta ætatis argenteæ.

EST pro *Licet*. Totus noſter eſt doctiſſimus auctor Appendicis. Unum Plinii, nec ſibi tamen admodum gratum, exemplum adjecit.

HODIEQUE deferendam cōtra Scioppium, uſus ad id etiam exemplis quibuſdam ab Olao cōmemoratis. Omne autem crimen quod objicitur, hoc meum eſt, quod non plura teſtimonia attuleram, quaſi opus mihi numero fuiſſet & multitudine argumentorum. Sed aliud probrum: *Potuiſſet*, inquit, *vir clariſſimus, quum diligentiſſime poſt celeberrimum Borrichium ſe bonos auctores legiſſe fa-*

teatur, advocaſſe Livium lib. XL
cap. XXII. Pungit, quod aliqu
do & Olaus fecit, meæ præfat
nis primæ verba: *Scriptores v*
res, quos claſſicos appellamus: p
ſertim ſolutæ orationis: etiam ſeq
res, tamen alicujus nominis, in
ſæculo Theodoſii & Honorii ad C
ronis tempora regreſſus, QUAN
LICUIT PER OFFICII RATIONES
gendo percucurri fere ſingulos. C
opus erat hac repetitione,
quo animo profecta ſit, ne
ignotum eſſe poteſt? Conte
paucis in re clara eram. Si
etiam ſubterfugiſſet exempl
meos oculos, id paſſus eſsē,
ſolent homines, à qua leg
Danos exemtos eſſe, in *Ro*
tus & *Suſtentaculum* antea de
ſtravi.

IN PRÆSENTIA. Iis q
Cicerone, Cæſare, Livio, F
attuleram, addit quædam e

de

dem Cæſare atque Livio, etiam ex Varrone, numeri augendi & roboris ſententiæ meæ confirmandi cauſſa.

IN TANTUM, UT. Meis ex Columella, Seneca, Plinio teſtimoniis, plura ejuſdem Plinii adjiciuntur: non quod opus ſint, ſed ne nihil adjeciſſe videatur.

IMPATIENTER. Eadem liberalitate tribus meis per Gradus variatis, unum exemplum Taciti ſuperadditur.

MAGNIFICO, PURIFICO pluribus ex Plinio documentis illuſtrantur, quum pauciora mihi ex eodem Plinio atque Tranquillo ſatis fuerant, quia non de his, ſed de *Glorifico*, eccleſiæ verbo, inſtitutum erat agere.

NUTRICIUS. Hujus ſubſtantivam notionem ex Cæſare & veteri inſcriptione ſtabiliveram, quę ſola dubitata fuerat: certiorem

adjectivam obiter ex Columel
& Arnobio monstrabam, qui
Varronem litterator erudit
mus subjecit.

NOVISSIMUS, NOUISSI
Ciceronem, Cæsarem, Cassi
Catullum, Virgilium pro adj
vo: & pro adverbio eundem
sium & Plancum ad Ciceron
Sallustium, Hirtium, Val. Ar
tem advocaveram, qui satis
esse poterant; non autem Bo
chio, nisi pro illo Varronei
Livium: pro hoc eundem Va
nem addidisset. Nec addit
do, quod licitum cuilibet est,
mihi ingratum, sed iterum
non latenter ferit. *Sinat*, inc
sibi in memoriam reprimi Var
illud &c. sed supra in *Abon*
dixi, non tam me, quam illu
quem ejus formulæ auctorem
bui Olaum Borrichium, mag
Censoris nostri patronum, i

ta

ta hac exprobatione agitari. Quicquid pro excuſando illo dicet, mihi quoque & excuſationi meæ dictum eſſe judicet. Non generoſi animi eſt, rem tantillam, & in cauſſa non inhoneſta, objectare, neque ſemel id feciſſe ſibi ſatis habere, ſed tanquam opima ſpolia (laureolam puto in muſtaco) rem bis vel ter repetitam oſtẽtare, ut cenſor meus fecit pag. LXIII. & CII. & CLXXI. editionis Hafnienſis.

OBLIVIONI TRADERE. Et heic Varronem meis ſuccenturiavit, quos ex florentiſſimo & ſequiori ſæculo arceſſiveram: nec verò Varronis illud, quod ſuperaddidit, lucidiſſimum eſt, aut extra dubitationem.

PRÆSENTANEUS. Pluribus à me productis ex Plinio, Seneca, Suetonio, unum quaſi ſuperpondium, ex eodem Plinio appendit.

Et hęc ſunt quæ litteratiſſimu
auctor pro ſententia mea firma
da ex apparatu ſuo protulit, nc
inutilia, ſi pugnandum eſt num
ro, an autem ſemper meliora ſi
& perneceſſaria, aliis dijudica
do relinquo, quibus inſtituti n
ſtra ratio, & Borrichianæ contr
verſiæ hiſtoria non ignota eſt. A
alteram partem, ubi contra n
copias ſuas educit, progredie
dum, ut eadem brevitate oſte
damus, in quibus rebus & qua
tis argumentis ac rationi-
bus ille à nobis diſ-
ſentiat.

* * *

CLAS-

CLASSIS

POSTERIOR

IMPROBATORVM

A B

ANDREA BORRICHIO:

PRimum reperitur, quod confectum Curis Posterioribus erat, de Latinitatis aurea, id est optima ætate, quam Ciceronis & Augusti temporibus definiveram: Borrichii altius ab secundo Punico bello deducunt, ut veteres poetæ atque comici comprehendantur; è quibus Tullius & Virgilius multum auri eruerint. Respondi pa. 13. non totum aureum esse, unde aurum colligitur, quod uniones etiam ex limo & sordi-

bus

bus eruuntur. Nunc addo : ſi
totum etiam fuerit, quod Enn
Pacuvius, Lucilius & æquales
diderunt ; tamen negari non
teſt , rude id aurum fuiſſe , n
dum perfecte expolitum ac li
tum, cui ſupremam manum à
cerone demum admotam fuiſ
indubitatum ſapientibus eſt. I
reiicio ſuperiores , quos utiq
magni facio : Tullii tamen ê
qualium nitori illos concede
vel ſenſu judice adfirmo atq
ſtatuo, & aureum ævum illud
co , quod nitidiſſimum poli
mumque omnium fuit. Q
anguſtior in aurea ætate vide
iiſdem cenſoribus in argent
laxior juſto & liberalior viſu
quod ultra Trajani tempor
Pio demum Antonino limit
conſtituerim. De hoc etiam a
dè actum in prologomenis C
rum fuit. Juſtinum, Gellium,
aud rur

rum, bonæ notæ ſcriptores, ſed inferiores Trajano, adſerere volui, & ex æneæ ætatis cenſu, quem merito ſuo ſuperant, in digniorem revocare. Nec exiſtimandum eſt, extincto Trajano omnem elegantiam una extinctam & intermortuam fuiſſe. Non habet Latinitas tam manifeſta intervalla, quæ tanquam punctum indice digito monſtrari cupiētibus poſſint. Senſim & pedetentim labitur, quod venuſtum & decorum fuit. Neq: illis repugnare velim, qui Cornel. Celſum, quamlibet poſteriorem Auguſto Cæſare, ætatis aureæ ſcriptoribus, qua non indignus videtur, adjungi poſtulent, aut Columellam in ſuperiorem aliquem ordinem reduci. Hæc ex prologomenis noſtris de ætatibus Latinitatis doctiſſimus cenſor repetierat: ſequuntur ipſa vocabula, notiones atque formu-

læ , in quarum explicatione
quid deſiderat.

ASSERO. Adfirmandi notio
aurea tempeſtate dubitavi ul
patam , & Roſcianum illud ap
Cic. l. 11. de Orat. c. LIX. *Tibi q*
aſſero, diviſis vocibus *bas ſero*,
licet *arbores* , cum Jano Grut
Antonio Mureto, & Dionyſio
bino legendum eſſe cenſui . H
vires intendit Borrichius jun
ut auctoritatem illorum hom
infirmet. *Non*, inquit, *c.* 11.
modo magnis illis viris placueri
gere, ſed quomodo legi debeat,
ritur . Sed quomodo debet ?
debet, quod ipſi placet, quom
probat? Ait ridiculũ perire, q
ex ſenis imitatione intendeba
niſi legeris *aſſero*, prolixitate
nini ſermonis in ſene à filio
te eludi. At unde conſtat in a
pto verſu, quis sẽſus ſit genui
quæ anteceſſerint , quæ ſu

ſu

ſubſequuta? Deinde p.20.(repetitæ editionis p.18.) Lambinum alienare ſtudet. *Neſcio*, inquit, *quo factum ſit, ut Cl.Cellarius ſcripſerit, Lambinum* HAS SERO *legiſſe, quum libri Lambini omnes, quos inſpicere licuit, habeant* HASSERO. Ita factũ eſt, vir clariſſime, quod ego ipſius Lambini obſervationes, ut Lutetiæ CIↃ IↃ LXXIII. prodierunt, inſpexi & enotavi; tu Gothofrediano forte libro, qui in ſolo margine Lãbini lectionẽ tangit, aut ſimilibus, contentus fniſti. Ita verò Lãbinus adnotatione LXXI TIBI EGO ANTIPHO, HAS SERO. *Sic legendum eſſe jam pridem viderunt docti viri. In his M.Ant.Muretus: non* ASSERO *ut eſt in vulgaribus codicibus.* HAS *autem intellige arbores: verba ſunt Antiphontis filii patris ſenis orationem imitantis.* Sed veritus, quod res eſt, in membranis criticos inveniſſe, quod commendant; *H* putat

tat ad *assero* veterũ more acce
se, ut ad *harundo*, *haruspex*, *h*
lor, *have*. Nemo crediderit fa
quod, vir doctissime, suspic
Utroque modo persæpe *haru*
& *arundo*, *haruspex*, & *aruspex*
que sic alia leguntur: an *vere*
vel etiam *hassero* pro *assero*, p
hunc locum, qui in quæstione
& pro argumento adferri n
test? num etiam *hadsero* dice
uti antiquis integra præposit
uti plerumque placuit? nemi
vel mediocriter in Latinis v
tum id credo admissurum e
Quum igitur parum spei in
sciano præsidio sit, nova n
auxilia circumspexit, & in C
atque Varrone etiam se inv
gaudet. Ille III. Civili c. xv.
legatis ad Cæsarem: *Magnú*
asserebant, *videbatur*. Ita sc
plerisque editionibus, quæ in
nu his temporibus sunt, expr

eſt: vetuſtioribus omnibus [etiam recenriſſima cum Dionyſii Voſſii notis] *afferebant*. Elegātiſſime atq; ex genio linguæ, nam *adferre* nūtiorum legatorumq;adeo propriū eſt, ut abſolutè quoq; *allatum eſt*, ſive *adlatum eſt*, fit, per homines aut legatos nuntiatum. Cic. l. iii. ep.x. *Quum eſt ad nos adlatum de temeritate eorum*. Livius l. iv. ca. xlvi. *Quæ cum adlata Romam eſſent*. Et l. x. c. xxi. *Ex Etruria adlatum erat*. Et l.xxiv. c. xxvii. *Punicam claſſem acceſſiſſe Pachynum adlatum eſt*. Ac l. xxxiii. c. xlviii. *Viſum deinde Circinæ eum* [Hannibalem,] *adlatum eſt*, & aliis multis locis. Plus ſpei forte in Varrone reliquū cujus verba ſi integra, & ſalva ſunt, omnino aliquid adferent, quod eripere dubitationē poſſit. Lib. iv. de Lingua Latin. n. x. ait. *Epicharmus Ennii de mente humana dicit: Iſthic eſt de ſole ſumtus ignis;*

idem

idem ſolem adſerit; iſque totus
tis eſt, ut humores frigidæ ſunt h
quæ ita doctiſs. Andr. Borric
interpretatur, *Ennius idem*
ac ignem eſſe aſſerit, id eſt, adfi
Adſirmarem & ego, ſi certi
toto loco eſſem. Scriptum S
geri & Gothofredi editione,
actus eſt: Scaliger Conjecta
iſque totus eſt. Idem *mentis* p
caſu ἀρχαικῶς poſitum exiſti
Sed quæ ſequũtur verba: *ut*
res frigidæ ſunt humi, ſecundu
uſu tritiorem poſtulant. P
men *idem* quoq; non apertiſ
virile ſit an neutrum inter
& femineum. Dubiam rem
in dubio & obſcuro relinqu
nec major lux Varronis loc
fulſerit. Circa Trajani verò
pora obtinuiſſe illud, ut *aſſ*
eſſet *adfirmare*, ipſi Poſteri
Curis c. 1. extremo conceſ
CONTRARIO adverbiũ

la lis de vocabulo, ſed de uno Ciceronis loco, de Univerſo c. XII. utrum *contrarios* an *contrario* legẽdum ſit. Iſtud libri habent: hoc critici volunt. Nihil definivi, ſed alterius ſententiæ patronos, qui *contrario* legunt, dixi præſidium habere in Platonis, quem Cicero vertit, Græco adverbio ἐναντίως Opponit Andr. Borrichius. *Quis eo Ciceronem adigeret, ut verbũ de verbo redderet?* Nec ego illum adigo, nec iſtam ſententiam acriter defendo, ſed ut probabilem aliorum refero. *Sin*, inquiebam, *ingenio criticorum aliquid concedendum omninò videtur adverbium præſtare.* Unde verò probabit vir doctiſs. Ciceronem adverbium illud ἐναντίως noluiſſe, ut ſonat, vertere? ita ſane inſtituerat preſſe vertendo, quæ antecedunt verba. *Deinde voluptate & moleſtia mixtũ amorem* &c. quæ ut clarius eluceant, Græca cũ Latinis

tinis compoſita p. 59. & 60. exhibui, quæ inſpici poſſunt, & quid probabilius ſit, inde libere judicari. Pergit cenſor: *Si velis, vir Clar. corruptum omninò eſſe illum Ciceronis locum, unde confeceris* CONTRARIO, *non* CONTRARIE *legendum eſſe ex mente Lambini, quem accuratiſſimos inter criticos numeras?* Non volo: nec vero nego corruptionẽ valde probabilem eſſe, qua cõceſſa, proprius eſt ex *contrarios* facere *contrario*, quam *contrarie*. Ad illud autem de Lambino dicteriũ, quo ego quoq; & heic & pa. 101. proſcindor, pauciſſimis verbis reſpondeo, non deridendum Lambinum eſſe, qui multa non pœnitenda ſcripſit, etſi non ignorem, quid nonnulli de illo, ejuſq; veterum ſcriptorum tentatis emendationibus ſentiant. Neque ego illũ tam *accuratiſſimum* laudavi, quam p. 104. Cur. Poſter. accuratiſſimis

Gru-

Grutero, & Mureto ſubjunxi, ex quorũ ſocietate participat, ſi majore forſan, quam pro merito, ut Andr. Borrichio videtur, ornatus laude fuit. Eſt etiam ubi eundẽ ab accuratiſſimis diſtinxi p. 57. Curar. Poſterior. in verbo *Conſiliari.*

FERIARI. Me nõ intelligit, qui heic contra me multis verbis depugnat. Nunquam dubitavi, *Feriatus* ſive participium, ſive nomẽ eſt, oppido antiquũ eſſe: quin potius Ciceronis, Trebonii, Horatii teſtimoniis ipſemet ſtabiliveram. In ceteris formis *Ferior, Feriabar, Feriabor, Feriarer, Feriari*, antiquiora teſtimonia requiſivi. Non autem Andreas Borrichius aliud ex Varrone & Ciceronis fragmento adfert, quam *feriatus*, rem à quæſtione noſtra, prorſus alienam. De Statii ſupino *ite feriatum*, l. 1. ſilv. VI. principio, ipſemet dubitat, quia meliores libri omnes *feriatæ*,

non

non feriatum, habent. Alienus est, quum de Catulli ætate mihi obiicit, de qua nunquam fui incertus. Dicere forsan de Pervigilo Veneris voluit, an Catulli auctoris sit, & an ejus ætatem exæquet: quod, dubitante Salmasio, in medio reliqui, penitus nō negavi. Etsi illud etiam carmen Catulli esse, nihil inde probatum foret, quam *feriatus* antiquum esse, quod Ciceronis Frebonii, Horatii, & æqualiū suffragiis dudum egomet ostenderam. Pervigilii enim hæc tantummodo verba sunt.

Nec tamen credi potest
Esse amorem feriatum, si fagitas vexerit.
Ite nymphæ: posuit arma, feriatus est amor.

HUMILIS, HUMILITAS. Dixi Posterioribus Curis, virtutis notionem penes ecclesiasticos esse. Ne verò nihil darem, ex ævo posteriore

ſteriore Spartianum in Juliano conceſſi, cui ille humilitatem tanquam virtutem contribuit. Heic clamat Borrichius junior, extremum alterum, ſuperbiæ oppoſitũ, non virtutem intelligi. Bene. Sic enim auget ille ſententiam meã. Non autem me temere interpretatum Spartianum eſſe, ex verbis illius puto luculentiſſimum. *Objecta eſt*, inquit, *ſuperbia, quum ille etiam in imperio fuerit humillimus.* Quod ſi *humillimus* defectu fuit, cur imperium adfectavit, emit, invaſit? cur *humaniſſimus*, *benigniſſimus*, *moderatiſſimus* ibid. ab Spartiano laudatur? quæ ſanè virtutes cũ humilitatis vitio non poſſunt cõjunctæ eſſe. Lege c. IX. Spartiani. Nec in Tragici locis, qui proferuntur, ſatis præſidii eſt contra me. Nõ virtus ibi, qualis eccleſiaſticis ſignificatur, ſed in Thyeſte v. 211. plebejus ſtatus: in Hippoly-

to v.610. humilitas nominis, ſine imperio: in Octavia v. 494. vitiũ & adulatio, quãdo Roma & ſenatus ſerviebat. Exemplum Plinius præbet l. 8. ep.6. De ceteris, quæ communia Andreæ cum Olao ſunt, abunde dictum eſt in Curis Poſterioribus.

ILLEGITIMUS Valerio vindicaverat major Borrichius, confiſus libris recentibus, etiam ratione ſeu argumento. Libros pravitatis convici ex manuſcriptis & antique impreſſis: de argumento ſubdit nunc junior: *Ad hoc Cellarius nihil.* Immo multa, omnia, nec tam meis quam Oliverii, vetuſti ſcholiographi, & Petri Joſephi Cãtelii verbis, quæ relegi poſſunt, ex pag. mea 357. Addo exemplum perquam ſimile ex Lactan. l. VI. c. IX. *Populus Romanus per feciales bellum indicendo, & legitime injurias inferendo, ſemperque aliena cupiendo*

piendo atque rapiendo, poſſeſſioné ſibi totius orbis comparavit. Mirũ, quod non heic quoq; *illegitime injurias inferre* obtrudãt corruptores. Urget doctiſs. Andr. Borrichius particulam QUASI, *ex qua facilè ſuſpiceris, corruptos eſſe, quos cum ſuis ſequutus eſt Cellarius.* At quo non rapit obſtinata & pertinax in errore opinio. Erubuit Olaus retractare quæ ſcripſerat, (quod tamẽ aliquãdo fecit à me admonitus in *Delectabiliter*, Analect. n. x.) idq: famæ & auctoritati clariſſimi viri condonabatur: Andreas autẽ non erubeſcit aperte veritati reclamare. QUASI enim ſententiam meam tuetur, tanquã conſueta συγγνώμης mitigatio, qualis eſt *legitima intéperantia*, quæ duriuſcula compoſitio mollitione quadam, per *quaſi* ſignificanda indigebat. Lege, quiſquis es, Curas noſtras Poſteriores: aliter, ſcio, ſi cãdidus es, judicabis.

INDIGITARE, & quæ inde ſunt INDIGITAMENTA. Fruſtra Andr. Borrichius ad Scalig. provocat p. 50. *qui apud Feſtú ex Varrone obſervavit, ea ſignificatione* INDIGITAMENTA *reperiri, qua apud alios* INDICES. Feſti, ut vulgo creditur, verba ſunt. *Indigitamenta, incantamenta, vel indicia* (quidam *judicia*) Ad quæ Scaliger: *Explicatio hæc Pauli eſt, non Feſti. Quis ignorat pontificios libros ita* (indigitamenta) *vocatos? Gloſſarium*: INDIGITAMENTA, *ἱερατικὰ βιβλία* At Borrichius quoque pro ſua opinione, *Nec aliter Gloſſæ veteres.* Omnino aliter, ut jam etiam Scaligeri confeſſione deprehenſum eſt, quæ verba ex Gloſſis Philoxeni ſunt. Aliæ, *Indigitamenta, ἱερατικὰ*: & Cyrilli, *Indigito, πένομαι.*

INFERNUS ſubſtantive. De Varronis fragmẽto diſputatio eſt, ſcripſeritne *infernus tenebroſus*, an

in-

infernus tenebro, vel *tenebrio*, uti in MSS. Mercerus & Gothofredus invenerũt, quos duces malui, quam prave impressos libros, sequi. Vide Curas nostras Poster. De plurali *inferna* Andr. Borrichius meam sententiam novo exemplo Senecę auget: illud autem Taciti hist. l. v. c. v. alienum à quæstione est, quia Manes intelliguntur. *Eadé*, inquit, *de infernis persuasio*, Ægyptiis & Judęis puta. ideoq; Curtius Pichena *infernos* quarto casu interpretatur: & Julianus Pichon, *eadem fides de inferis*.

SALTEM. Usum sæculo argẽteo non negavi, quamvis nec ille frequẽs aut multus est. Quapropter morem sæculi nostri taxavi, quo ubiq; & frequentissime *saltem* pro *tantúmodo* aut simili adhibetur. Lis supereſt de ævo meliore, ex quo Tullius, princeps illius, mearum partium est, etiam Livi-

ns, præter unum dubium locum, nec verò mihi per ſe adverſum: & ſic de aliis antiquis omnibus cenſendum eſt. De Virgilio reſponſum Curis Poſterioribus.

VALEDICERE conjunctis ſyllabis. Dixi poſſe diviſis legi; ut apud Ovidium *Sepe vale dicto.* Sed nihil facit tmeſis contra me Varroniana *conſue quoq; faciunt,* quia Ovidius, quem produxi, ſine tmeſi, loquutus erat.

Hæc de ſecundæ claſſis priori ordine, quo diſſenſum meũ à Cogitat. Borrichianis jam tum in Analectis ab Olao examinatum, denuo Andreas, poſtquam Analectis reſponderam, excuſſum voluit: an etiam ſuperaverit, penes lectorem illorum, quæ modo propoſuimus, judicium liberum & æquum eſto. Nunc progreſſum ad illa faciemus, quæ propria ſunt Analectorum. *Non ægre ferat*, inquit de me Andreas,

dreas, *ad ea nunc transiri, de quibus in Analect. celeb. Borrichii dubitare se fassus est. Sinat &* CURAS *suas* TERTIAS *pari modestia expendi simul, ut sine bile adferantur, quæ dissentire suadeat.* Bilem me fateor in Borrichio non animadvertisse, nec digna res tantilla est, ut bilis moveatur: an verò etiam carpendi libidine sit expers atq; vacuus, & omnia sincerè ac benevole scribat; ex iis, quæ supra notavimus, lectores liberi ab amore atque odio, judicabunt. Heic sanè, & sæpe alibi, *Tertiis Curis* meis, ut nuncupat *iteratas posteriores*, seu secunda editione repetitas, acrius aliquid, quam ordinem, haud dubie designat, cujus tamen me nec piget neque pœnitet, qui paratus sum, non *posteriores* modo aut *tertias*, sed *quartas* etiam & *quintas* curas scribere, si quis certiora de Latinitate admonuerit. Muta-

re ſententiam in longiſſimi temporis ſtudio, quod vix unius hominis ætas capit, ut omnes Latinorum codices evolvat, ſingula in iis, etiã minutiſſima, obſervet, variãtes lectiones diſcernat, quod optimum ex iis, excerpat, in locũ ſuum unumquodque diſponat: in operoſo, inquam, iſto ſtudio ſententiam ſuam aliquando, meliori reperta, immutare, ne ego adeo non autumo probroſum eſſe, ut laude etiam condecorandum exiſtimem: contra male de bonis litteris mereri puto, qui errores ſuos, ab aliis clariſſime monſtratos, tenacius defendunt, & alios omnes implicare malunt, quã fateri ſemel, ſe aut ſuos aliquid paſſos eſſe, quod non alienum à natura humanitatis ſit.

AN, AN non bis modo ſed ſæpius, vel quater repeti exemplis probat vir doctiſs. Andreas Borrichius.

richius. Hoc verò non negaverā, ſed ſicut *An, an* bis poſitum, minus elegans eſt quam *Vtrum, an; num, an*; vel *ne*, encliticum, *an*: ita elegantius quoque, ſi longior, quā gemina, dubitatio eſt, *utrum, num*, vel encliticum *ne*, in prima parte locari dixi, cujus rei exemplum, idque trium membrorum, ex Cicerone producebam, cujus pro S. Roſcio c. XLI. ſunt. *Quæro abs te, iine qui poſtulabant, indigni erant qui impetrarent: an iſte non commovebat, pro quo poſtulabant: an res ipſa tibi iniqua videbatur?* Addo Liv. l. XXI. c. X. ex Annonis oratione: *Vtrum hoſtem, an vos, an fortunam utriusque populi ignoratis?*

CONFIDENTIA. Patronum meæ ſententiæ Ciceronem habeo, qui id vocabulum III. Tuſcul. c. VII. temporis ſui *conſuetudine in vitio poni* ait, etſi laudis ſit, unde ſumitur, *confidendi* verbum. Fruſtra

hic Plautus obiicitur, quia verborū ſignificationes cum tempore mutantur. Nec aliter poſtmodum veteres grammatici cenſuerunt. Servius in Æneid. 1. v. 132. *Fiducia in bonis rebus: confidentia in malis eſt.*

CONFUNDI. Dixi dubia eſſe, quæ ex antiquis pro *erubeſcendi* notione adferantur, eaq; æque, aut magis etiam, de alio, quā pudoris adfectu, explicari poſſe. Ex quatuor Livianis, quæ Olaus produxerat, duo vindicanda ſibi Andreas ſumſit l. xxx. c. xv. de Maſiniſſa: *ex prætorio tabernaculum ſuū confuſus conceſſit.* Putat ille *libidine ſua & intemperantia erubuiſſe, atq; hinc* confuſum *vocari.* Non ita eſt, doctiſs. Andrea; *confuſus* abiit non propter libidinis pœnitentiam, ſed propter metum & amorem, quibus turbabatur. Fidem promiſerat novæ nuptæ: ne vero retineret eam, Romanorum offenſam

me-

metuebat. *Confusus* itaq; hoc est turbatus animo & nescius quid ageret, discessit. Alterum ex l. xxxv. c. xxxv. de Alexameno est, quem quum Nabin tyrannum interfecturus esset, Livius ait, *animū collegisse confusum cogitatione tātæ rei.* Hunc Andreas *cogitatæ cædis pudore turbatum* credit: ego metu potius, & periculo, atque incerto eventus, quod dubium & periculosum erat, præsente exercitu & satellitio, tantam rem aggredi. Seneca ab hoc loco abest longius, quia *metus*, inquit, *& mœror confundit*, non pudor. De simplici etiam usu, non de adjecto adfectus nomine, unice nobis quæstio erat.

CONSILIARI. Res peracta in Cutis posterioribus est. De editione Ciceronis Lābiniana etiam supra in *Assero* satis dictum. Non Gothofredianam, aut aliam Lambini castigationes in margine re-

ferentem, ſed ab ipſo Lambino adornatam, & octo voluminibus diſtinctam intelligo.

CORDATUS. Etiam de hoc ſufficere poſſunt iiſdem Curis noſtris propoſita. Iterum urgetur Senecæ locus de morte Claudii. *Animoſi* ſignificatum non rejeci editione altera (ſicut priore, ſequutus Jo. Vorſtium, acerrimi judicii virum & de Latinitatis cenſura & aliis præclaris litteris egregie meritum) non, inquam, rejeci ſignificatum, ſed *in dubiis reliqui* p. 373. Velim & alia adferantur, clariora tamen, quam hoc unum atq; dubium, ut de genuina notione magis nobis conſtare poſſit.

DEPREDARI. In re convenimus: in Cæſaris quodam, & alio Ciceronis exemplo diſſidemus. Cæſaris eſt VII. de B. Gall. c. XL, *mortem deprecari incipiunt*, id eſt precando declinare. Ergo ad aliã

no-

notionem, quam quæ in quæſtione erat, pertinet. Nec Ciceronis verba IV. ep. VII. nobis obſunt, ſive cum Lambino *pro te deprecátur*, ſive, quod in membranis eſt, *te deprecantur*, legeris: quia utroque modo *valde precari* ſignificat. Vide Manutii interpretationem, quam heic etiam Grævius ὁ πανυ cõmendat. Impotentis animi eſt, quod rurſus Lambinũ Borrichius junior exagitat, & gaudebundus nos fodicare putat, ſi *criticum noſtrum* appellet. Nominaveram aliquando cum Grutero & Mureto: ergo ille *meus* eſt, à quo tamen apertè in hoc *deprecandi* verbo diſſenſi, & in Manutii, Gruteri, atque Grævii ſententiam ultro & ſpõte conceſſi. Spernunt generoſæ mentes ejuſmodi cavillationes, & rem ac controverſiam diſputant: homines rodere infrà ingenuitatem putant.

DI-

DICTIO. Quantum ſatis eſt, reſpõdi Poſter. Curis, quibus Catonem Viterbienſis Annii, quo Olaus utebatur, à me rejectum eſſe, ægre Andreas fert, cauſſam ex me cur reprobaverim, requirens, quã verò ipſe mihi invitus aut inſciẽs ſuggeſſit, *quod vera fictis addidit, ut illa ſimul vera crederentur*. Vera autem ſola Catonis ſunt, quæ ab antiquis ſcriptoribus fragmenta conſervantur, quibus controversã *dictionem* haud ineſſe, mihi certũ & evictum eſt. Si vincere in hac cauſſa Andreas vult, conſervatorẽ fragmenti, fabuloſo Annio majorem, mihi oſtendat, neceſſe habet. At grammaticum hujus vocabuli uſum ipſe prædicto loco ex Scauro & Diomede, antiquis ſcriptoribus, probavi.

DIFFICILITER, FACILITER. Poſterius Andreas, producto Quintiliani exemplo, negat idio-

tiſ-

tiſmum Vitruvii eſſe. Nec verò id rigidè adſeveraveram, quum pag. 177. ſcripſi: *Eſt* FERE *Vitruvianus idiotiſmus.*

EXAUDIRE. Me non intelligit, qui neſcio quid hoc loco ſugillat. Nunquam negavi, *exaudire* ſed puerilem & vulgarem opinionem notavi, qua creditur *audire* non amplius ſonare, quam auribus percipere: *exaudire* demum, precibus adeſſe & adnuere. Scripſi enim p. 432. apertiſſime: *Vtroque veteres in utraque notione invenimus uſos eſſe.* Nō opus ergo erat, contra me *magnos viros*, ut vocat, dictionariorum conditores, *Sturmium*, *Friſium*, *Soranum* (Baſil. Fabrum) *Decimatorem* ſollicitare. Sed video quid doctum virum deceperit. Non ſemel de hoc verbo ſcripſeram, ſed pa. 377. breviter: iterum & copioſius p. 432. Is de me tam ſiniſtre cenſuit, priori

tan-

tantum inſpecto loco, alterum feſtinatione forsan aut incuria, prætervectus.

FIDELIS. Neſcio quid oppugnet auctor, quum *novam* & eccleſiaſticam *notionem* dixi, quando *fidelis* Chriſtianum ſignificat. *Eo ſenſu*, inquit, *non raro profani antiqui adhibuere, ut Chriſtianos eo nomine appelles non ineptæ.* Profanis *fidelis* eſt, qui fidem ſervat. Is verò non ſtatim Chriſtianus eſt, niſi adponas *Chriſto fidelis*, aut ſimile. ſine adjūcto per *fidelem* Chriſtianum ſignificari & per *infidelem*, alienū à Chriſti ſacris, ſingularis ratio & eccleſiaſticis propria eſt.

HACTENUS. De hoc ſatis dixi Poſter. Curis. Nihil contra ea proficiunt, quæ numerosè addit Appendicis auctor. Quid multa? non negavi abſolutè ſignificatum temporis, ſed dixi p. 405. *ad locum* POTIUS *vel rem referri ab antiquis, quam*

quam ad tempus. Qualem *locum* intelligam, libri nempe, carminis, epiſtolæ, aut ſimilis rei partē; ibidē expoſitum dedi, & exēplis ac auctoritate confirmavi: *quem* (locū) *ſi quis tempus malit appellare, per nos liceat*, dixi pa. 406. Ego verò Ciceronem malo, quam ſequiorum conſuetudinem imitari.

ILLICITE. Quod Varronem Ulpiano, quem produxeram, Andreas Borrichius ſuperaddit, mihi non ingratum eſt. Fallitur autem, quum in univerſum à me credi exiſtimat, rejecto ſimplici, omnia compoſita rejicienda. Cōfundit doctiſſimus vir τὸ κατὰ τί cum eo quod eſt ἁπλῶς.

IMMO Auctor *corrigendi* ſenſū, quē vindicaveram, fruſtra opponit τὸ *augendi.* Res eadem: nomina diverſa. Fatetur ipſe c. VI. idem eſſe ac *Quid? quod; Quin etiam.* Quis autem ignorat has *correctionis* for-

formulas esse ?

INDUCERE ANIMUM SUUM. De solo pronomine controversia, quod negavi usum ævo Ciceronis in hac phrasi admisisse. Contra doctiss. Andr. c. VII. ait: *Ciceroni displicuisse* [pronomen hujus formulæ] *adhuc ignotū est*. Utique verò notissimum est, quia is ne semel quidem usurpavit, neque Livius, neque quisquam alius post Terentium: quamvis *inducere animum* & *inducere in animum*, sæpenumero iidem dixerint, quod decem exemplis de Cicerone Nizolius; ego de Livio & Plinio Curis Posterioribus probavi.

INTERCEDERE. Quæstio superest de anno epist. Cœlii XVI. l. VIII. ad Ciceronem. Legat, relegat, quicunque non captus præjudicio est; non alio quam primo civilis belli anno scriptam esse deprehendet, quum Pompejus cū

sena-

ſenatu urbe aufugiſſet, Cæſar autem Roma in Hiſpaniam retro abiret. Non ergo Corradus & Manutius, & his conſentientes errāt, qui de Metelli *interceſſione*, hoc eſt contradictione interpretantur. Inſtat Borrichius pag. 141. editionis Hafnienſis. *Quo tempore ſcripta ſit hæc Cælii epiſtola, ex his ipſius verbis facile collegeris*: NUNC TE CONTRA VICTOREM FACERE, QUEM DUBIIS REBUS LÆDERE NOLUISTI: ET AD HOS FUGATOS ACCEDERE, QUOS RESISTENTES SEQUI NOLUERIS, SUMMÆ STULTITIÆ EST. Sed bene ſeſe res habet, & Manutius ſingula tam accurate interpretatus eſt, ut nihil dubitationis ſupereſſe poſſit. Non ex ſolis his verbis, ſed ex tota epiſtola judicādum, quibus conſulibus illa ſcripta ſit: eo videlicet tēpore, quum adhuc medius eſſe Cicero, antequam ad Pompejum proficiſceretur.

tur. Poſt Pharſalicum prœlium nō dubius Cicero erat, etiam per litteras ex Ægypto à Cæſare confirmatus. Non igitur Cæſaris alterum iter in Hiſpaniam, contra Pompei filios; ſed prius contra legatos & exercitum patris Pompei à Cœlio commemoratur. Hæc lucidiſſima ſunt, quæ fruſtra Andreas Borrichius nebulis neſcio quibus infuſcare conatus eſt.

JUBEO UT. Centenis, aut ſexcentis potius ex aurea ætate exēplis vix tria ex Livio opponūtur, nec ultimum illius ſanum ſatis, ſummo viro judice Gronovio patre, qui l. XXIII. c. XXI. nō *inſſi cōſulerent*, ſed *conſulere* legendum cenſet, idque, ut ait, EX GENIO LIVII, hoc eſt, quia Livius plerumque cū infinito verbum *jubeo* componit. Borrichius, *Explicet*, inquit, *qui poteſt, cur licentius dixeris*, IUBEO UT, *quam* IMPERO UT, PRÆCI-

PIO

PIO UT, ORO UT. Sed explicabo, vir eruditiſſime. In tali cauſſa exẽplis & auctoritate ſtandum eſt, non ratiocinio. Sufficit itaq; placuiſſe auctoribus, ut *jubeo* frequẽtiſſime cum infinitivo modo enũtiarent, rarò admodum cum UT, & hoc quidem ſecius, quam fit in *præcipio*, *impero*, *oro*, quæ *Vt* frequentius exigunt, præſertim *oro*, *peto* & ſimilia; quibus duro & Latinis intolerando Græciſmo infinitivum adjeceris, cujus exempla ex Hygino & Caſſiodoro, etiam de *moneo* ex Ammiano ſub finem cap. IX. Curar. Poſter. exhibuimus. Cetera non ægre infinitivum patiuntur. v.g. Cic. Catil. I. c. XI. *Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi imperabis?* Atque ita etiã *poſtulo*. Cornel. Nepos Annibale c. XII. *Pruſias illud recuſavit, ne id à ſe fieri poſtularent, quod adverſus jus hoſpitii eſſet.* Quænam

cauſſa

cauſſa differentis in paribus verbis conſtructionis eſt, niſi uſus & conſuetudo Latinorum? Taciti & æqualium in verbo *jubeo* exẽpla, nec verò illa frequentiora, lubens conceſſi & in Curis produxi Poſter. etiam Livii rariſſimum quoddam adnumeravi. Vide p. 180.

MANET. Quæ Borrichius carpit, hæc ſunt p. 152. *Vir clariſs. ſignificationem & uſum verbi* MANET *apud antiquos imperitioribus oſtendere voluit: non verò* (NON AUTEM heic & alibi doctiſſimus litterator dicere debuit, vel Valla monente l. 11. Elegant. c. XXIV. *non verò*, inquit, *video, quid hinc diſcant illi. Eſſe non inficior, ubi pro* EXPECTARE *poſitum reperies: ſed addit Cellarius, etiam* ALIA NOTIONE *adhiberi. Quæ itaque illa? Hanc ſi deſiniſſet, neſcientibus conſuluiſſet melius.* Omne crimen, quod obiicitur, in eo verſatur, quod generatim

tim ALIA dixerim, quam Andreas ſpecialius explicare poſſit. videlicet MANERE, ſi *ſupereſſe* ſignificet, plerumque dativum poſtulare: ſi *contingere*, accuſativuum regere, frequentius. Sed quid eſt illud *contingere*? utique, ſi definiiſſet, ex ambiguis notionibus quam velit neſcientibus conſuluiſſet melius. Aut ſi tã accuratus definitor eſt, cur non definit, & cauſſam oſtendit, quid ſit, quod non ſemper, ſed *plerumque*, aut *frequentius*, & *ſæpius*, ut ait, hunc vel iſtum caſum poſcat: aliquando eadem ſignificatione illũ non exigat? Ego verbum MANET cum quarto caſu *fere ſemper conſtrui* pa. 101. ſcripſi, quum *exſpectare* ſignificat: in quo ſequutus ſum vetuſtos grammaticos, Servium, Maurum in Georg. 1. v. 168. Acronem, Horatii ſcholiographum, in l. 1. od. XXVIII. v. 33. Nonium Marcellum in *Petere*

tere. Cetera ſub *alia notione* comprehendo, ubi quæ propria eſt, præcipuum locum habere volui.

MUNDUS. Borrichii exempla non obſunt mihi, qui p. 274. ſcripſi, quando humanum genus ſignificat, *apud profanos* INTERDUM *ſimilia reperiri*. Quæſtio autẽ erat, utrum ad rara illa eccleſiaſtici frequentiſſimo uſu ſuo reſpexerint, an ad ſacræ ſcripturæ conſuetudinem ſtilum ſuum informarint? ubi poſterius dixi *procliuius ad fidem eſſe*. Heic longe exſcurrit Borrichius, ut Latinitatem eccleſiaſticam, quam à profana diſcerno, neget ſingularem eſſe. *Eccleſiaſticos*, ait, *diligentiſſime veteres Latinos lectitaſſe*. quis negavit? an verò omnes etiam imitationem ſibi propoſitam habuere? Non unius generis ſunt, quos eccleſia ſcriptores habuit, antequam Latina lingua exſpiraret. Minucius,

Ar-

Arnobius, Lactantius, Hieronymus, Auguſtinus, Sulpicius Severus, & quidam alii, imitati ſunt preſſius, quam Tertullianus, Cyprianus, & in epiſtolis Paulinus Nolanus, & horum ſimiles, quod non rationibus, ſed uſu & lectione cognoſcendum eſt, quamvis nec illæ deeſſe ei poſſint, qui vitam illorum, & inſtituta, & mores apud animum propoſuerit. Sed aliud metuit vir eruditiſs. ex eccleſiaſtica, ſi diſtinguatur, Latinitate ſequi poſſe. *Ita*, inquit, *ambigerentur omnia, quæ apud eccleſiaſticos occurrunt more veterum Latinorum uſitata, modo in ſcriptura ſacra ſimilia reperieris.* REPERERIS debuit ex lege grammaticorum dicere, quod typographi errorem putaſſem, niſi etiam c.v. p. 106. edit. Haſ. (novæ p. 70.) ita ſcriptum invenirem, *quæ fragmenta reperierit.* Ego verò cum antiquis *reperi*

in præterito non *reperii*, cenſeo inclinandum eſſe. Catullus epigram. LXXX.

Si tria notorum ſuavia reppererit.

Plautus Sticho act. I. ſcen. III. verſ. 34.

Nunc repererunt ei verbo vicarium.

Et Phædrus lib. III. fab. XI. verſ. 42.

Qui poſtquam tenebras diſpulit calumniæ.
Certumque fontem veritatis repperit;
Luat, inquit, pœnas cauſſa libertus mali.

Sed tranſeant hæc: ad metum auctori eximendum regredior, quē ideo vanum eſſe judico, quia nemo propterea verbum aliquod aut notionem ejus ſuſpectam habuit, quod in ſacra ſcriptura etiā vulgatæ verſionis occurrat: ſed quia nul-

lus ejus, vel rariſſimus apud profanos uſus fuit, eccleſiaſticis autē frequentiſſimus. Quod verò etiam pag. 160. in hoc de *Mundo* tractatu formulam *peccata remittere*, & ſignificatum *ſæculi* exempli loco producit, in quibus Olaus eccleſiæ notionem, quam intentaverā, *priſcis Latinis non inuſitatam fuiſſe, multis edocuerit*; ad iteratas Poſteriores Curis provoco, unde clarius, quā heic repeti poſſunt, omnia legentibus conſtabunt. Summa hæc eſt: Analoga in profanis, ſed hæc quoque rara haberi: ipſius phraſeos, *peccata remittere*, exemplum apud eoſdem non reperiri, nec ipſam vocem *peccatum* illis frequentem admodum eſſe, quæ verò ſcriptoribus ſacris ſunt tritiſſima. Neque *ſæculare* (Nam de adjectivo diſputatio præcipue fuit) ex profanis quiſquam dixit quod extra religionem aut ambi-

tum ſacrorum eſt, quemadmodũ Hieronymus *codices ſæculares*; Sidonius Apollinaris *ſcientiam ſecularem*, Caſſiodorus *litteras ſæculares*, id eſt profanas, à paganis & gentilibus auctoribus profectas. Singulorum loca Curis Poſterioribus indicavi.

Sic operoſus Borrichius circa primam *Mundi*, quam eccleſia dat, ſignificationem, leviorem quidem illam & profano uſui non penitus repugnantem; oblitus eſt, vel ex induſtria prætermiſit alteram, quam præcipuam duxi & eccleſiæ verè propriam ac ſingularẽ. Quod enim magnopere miror, nihil quidquam ad illa reſpondit, quæ p. 275. propoſueram. *Quando* vox Mundi *impiorum colluviem, improbitatem atq; vitia ſignificat, videtur eccleſiæ propriam notionem induiſſe.* Neque tertiam, quam memoravi, *vanitatis, vilitatis, & pompæ*

vo-

voluptuoſæ notionem attigit.

NUNTIUM, PRÆNUNTIUM, an ſubſtantiva ſint, quærebatur. Olai, quibus id probatum ibat, dixi non certiſſima documenta eſſe, præter Sedulianum ex ſequiori ætate, ubi adjunctum *grandia* magis videatur per ſe ſtanti, quã alii adjuncto nomini adponi. Id quod Andreas Borrichius ad Plinii & Senecæ exempla transfert, quibus *hæc, quædam*, pronomina adjectiva, evincant, *prænuntia*, quibus adpoſita ſint, ſubſtantivam naturam habere. Non autem ubique par ratio pronominis atque nominis eſt. Dicamus *hæc nefanda, quædam abſurda*: an ergo *nefandum*, *abſurdum* ſubſtantiva erunt? In Tibulli & Catulli verbis ad MSS. Olai, patroni ſui, provocat: nec verò exinde de Tibullo mihi perſuadere poteſt. Quid obſtat enim, quò minus, inciſo uno facto ita legamus.

Di meliora monent, venturæ nuntia sortis.
Vera monent Tuscis exta probata notis.

Sic non magis *nuntia* substantivũ erit, quam *meliora*, quam *vera* sunt, quæ nemo ex censu adjectivorum ejecerit, licet heic absolutè & tanquam substantiva significent. Si de Catullo, qui *nova nuntia* in Aty vers. 76. dixisse fertur, quod secus videtur magnis viris Scaligero atque Mureto; si, inquam, omnino concedendum de Catullo esset, cederem non tam propter Borrichianum codicem, quem nec vidi, nec quanti pretii sit, audivi; quam auctorite maximi viri Isaaci Vossii inductus, haud dubie membranis instructissimi, qui pariter etiam Varronis locum l. v. de Lat. ling. cap. IX. (*de cælo nuntium erit*) adfert, in quo Andreas etiam triumphat;

phat; & Lucretii alium l. IV. verſ. 708. ex *vetuſtis*, ut ait, *exemplaribus* emendatum ſuperaddit.

Nec calida ad ſenſum decurrunt nuntia rerum,

ubi aliis libris *ad ſenſus occurrit* legitur, ut *nuntia* ad nomen *plaga* ſuperioris verſus referatur. Vide Commentaria ejus ad Catulli Attyn pag. 173. Ego verò ſequutus ſui Scaligerum, Muretum & alios clariſſimos viros, & Nonium ex veteribus, quorum non contemnendum argumentum eſt, probatiſſimos auctores Ciceronem, Virgilium, Horatium, Ovidium, Livium (quē vindicavi ab Olao ex malæ editionis libro allegatum) & horum æquales hoc vocabulo nunquam neutrali forma uſos eſſe: Tibulli verò, Catulli, & Lucretii loca varierate lectionis vexari, ideoque hoc vocabulum neutrius generis poſterioribus Curis pag.

195. molliori verbo *dubium* appellavi.

PESTIS. Dixeram pag. 337. *non facile in prosa* exempla *inveniri*, ubi *pestis* sit idem ac pestilentia: omnia non negavi. Borrichius ex Columella quædam adfert, quæ meo NON FACILE non officiunt. Sufficit sententiæ meæ, plerumque tralata significatione usurpari. Volui enim adolescentes à promiscuo in prosa usu avocare.

PIISSIMUS. Qui scripseram, aureæ Latinæ linguæ ærate insolens hoc vocabulum fuisse, magno me patrono M. Tullio Cicerone tueor. Hunc Andreas Borrichius suspectum habet, quasi odio inflammatus in Antonio reprehenderit, quæ reprehendenda minimè fuissent. *Quis*, inquit, *paulo versatior ignorare potest, in Philippicis ita de Latinis vocibus judicavisse Ciceronem,*

nem, ut oſtendat ſe acriori in Antonium odio, & vehementiori inſectandi fervore ſibi ſæpius excidiſſe: dum adverſario voces male Latinas & inuſitatas objecerit, quas ipſimet alibi non improbatas, & ejuſdem ævi ſcriptoribus uſitatas fuiſſe conſtat. Vellem doctiſſimus vir nominatim recitaſſet, quænam ſint illa Latinæ linguæ vocabula, quæ præter hoc dubium in Antonio perperam M. Tullius reprehendiſſet. Quis de ſapientiſſimo Cicerone credet, verbum *piiſſimus* negaviſſe Latinum eſſe, quod ſciret multorum uſu teri, nec quidquam inſolentiæ habere? Ipſa Ciceronis verba ſi attulero, omnis mala ſuſpicio, quam de tanto viro Borrichius habet, corruet. Antonius M. Lepidum *piiſſimum hominem* appellaverat. Cicero Philippica XIII. cap. XIX. Antonio reſpondet. *tu porro ne pios quidem*

ſed piiſſimos quæris,& quod verbum omnino nullum in lingua latina eſt, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. Reponit Andreas Borrichius, *non eſſe, quod ſtatim in recentius ævum rejicias, de quo hic vel ille dubitaverit: modo conſtet optimo Latinitatis ævo non ignotum fuiſſe*. At nec barbariſmi optimo ævo ignoti erant, non autem probati, neque recepti in uſum: nec ſuam tantum Cicero opinionem, vel hujus aut illius proponit, ſed *verbum omnino nullum à Latina lingua eſſe*, quo Antonius uſus fuerat, utique ex plurimorum conſenſu dicit, quia publicè dixit, aut dicere voluit, hoc eſt omnibus audientibus. Sed exemplo urget Borrichius, quia *noviſſimus* Varro novam ſua memoria vocem fuiſſe teſtetur, qua verò optimus quiſque non abſtinuerit. Verum diſpar ratio ſuperlativi *noviſſimus*

eſt.

eſt. Varro enim lib. v. de Lat. lingua cap. VII. non ſe & æquales, ſed *ſua memoria ſenes aliquot, nimium verbum novum eſſet, vitaviſſe* ait. Longe repeti. *memoria* illorum *ſenum* uſque à pueritia Varronis, poteſt, inter quam & ſupremam Ciceronis ætatem, qua invectivas in Antonium ſcripſit, quantum intervallum temporis eſt? Sed hęc de aurea ætate diſputantur: de argentea nunquam dubitatum fuit: *piiſſimus* receptum in ea & probum vocabulum fuiſſe, licet non fuerit frequentiſſimum.

POSITO. Cum pronomine, aut nomine, *quo poſito, hac re poſita* &c. res tranſacta fuit: ſimplex *poſito*, item *poſito quod*, adhuc dubitatur. Borrichius contra, etiam participium ſexto caſu ſæpe abſolute poni ait. Non nego, ſubaudiri interdum pronomen: ſed ubi exemplum in *poſito*? hoc enim de-

deſidero, non analogum aliud. Detritum itaque noſtratium morem reprehendi & vulgarem formulam, ſine qua olim Latinitas optime conſtare & lætiſſime florere potuit.

PRO & CONTRA. Loquutus ſum de *Pro & contra* abſolutis, & ſine caſu, ut hodie fit vulgari ſermone: Borrichius major in Analectis p. 60. exempla dedit cum caſu adjuncto. v. g. Senecæ III. de Ira c. XXVIII. *utrum contra nos faciat, an pro ſe.* Nulla itaque inter nos repugnantia fuit. Andreas autem c. x. ed. Haſ. p. 186. *Cellarius non advertit, quo tendat Celeb. Borrichius.* Immo ille nō animadvertit in Analectis, quo ego Curis Poſterior. tendebam. Poſt addidit Olaus exempla, ubi *contra* ponatur abſolutè. *Dic aliquid contra*, Senecæ eodem lib. c. VIII. *Nil contra conor*, Juvenal. Sat. VI.

643.

643. Sed nec hoc cõtra meam eſt ſententiam. Non ignoro, *contra* ſæpe abſolute poni, quum adverbium ſit: ubi verò *Pro* abſolute, & ſine caſu poſitum invenitur? Nec ego de ſeparatis, ſed de conjuncta formula *pro & contra* quæſtionem inſtitueram.

QVOAD cum Accuſativo. Duobus exemplis, quę Borrichius adfert, nondum moveor, ut contra analogiam, contra omnium reliquorum auctorum, etiam ipſorum, quos advocat, in ceteris libris auctoritatem, credam adverbium *quoad*, tanquam præpoſitionem, caſum regere, atque cum quarto olim compoſitum fuiſſe. Varro l. VII. de Lat. lingua c. XXIII. in Gothofrediano libro *quod* habet ſine *ad*: Scaligeri editione *quoad* expreſſum eſt. Vix autem dubium ſupereſſe poteſt, quin plenius legẽdum ſit *quod ad*

ſup-

ſuppreſſo verbo *attinet*, ut Cœlius Ciceroni ſcripſit l. 7. ep. 1. ſect. 8. *Quod ad Cæſarem, crebri & non belli de eo rumores.* Sic MSS. & editi vetuſtiſſimi: ut ſine cauſſa recentiores quidam *rò attinet* adpoſuerint. Nam etiam Lege 111. Digeſt. de acquir. rer. dominio, Cajus jurisconſultus dixit: *Nec intereſt, quod ad feras beſtias & volucres, utrum in ſuo fundo quiſque capiat, an in alieno*, ubi *attinet* ſubauditur. Vide & Jo. Vorſtii de ſuſpecta Latinitate c. XXXII. Alterum exemplum, quod Botrichius objecit, Livii eſt, qui l. XLII. cap. VI. ſcripſit, *regem excuſavit, quod ſtipendium ſerius quo ad diem præſtaret*. Durum, & alienum à genio Liviano, qui mihi ſcripſiſſe vrdetur, *ſerius quam ad diem*, intellige ſtatutum & definitum. Facile notâ ſcriptum *quam ad* in *quoad* depravari potuit.

RE-

REMEDIARE. Carpit me Andreas Borrichius, quod verbum hoc *ſæpe* à Scribonio in *præfatione* poſitum dixerim, ubi ſemel tantum inveniatur. Sed aliquid paſſus eſt vir doctiſſimus, quod ſolent homines, nam inciſum meum ſeu comma poſt *ſæpe* nõ advertit, quod illud *ſæpe* non ad ſolam præfationem, ſed ad illam & *compoſitiones* ſimul reſtrictum volueram. Inſpice quæſo Curas meas editionis ſecundæ, quam verſavit Andreas, quum hæc ſcriberet, p. 188. unde cognoſces, ex multis quædam exempla, ut proferrem, propoſitum mihi fuiſſe. Lege verò noſtra ſic: *ſæpe, in Præfat. & Compoſ. cap.* 1. ubi *cap.* excidit. Ejus autem ſect. x. legitur *remediat.* Præterea cap. XXIX. & XLI. ſæpius. Quod deinde de *idotiſmo* Borrichius philoſophatur, plane incongruens, & ab inſtituto alienum

num eſt, quum ſatis in Prologomenis Curarum Poſteriorum expoſuerim, & ipſa origo vocabuli oſtendat, quid *idiotiſmo* ſignificari velim, & alii mecum ſignificent.

SANGUINEM EFFUNDERE. Notum eſt, me contra vulgarem & frequentiſſimum hujus formulæ uſum, haud dubie ex Geneſ. IX. comm. VI. enatum, ſcripſiſſe: ſimul oſtendi, aliud Ciceroni, Curtio, & ceteris hac dictione, quam ſimplicem cædem, ſignificari. Eſto ergo, Senecam forte ſemel atque iterum de unius cæde idem dixiſſe: tamen frequentiſſimus hujus formæ uſus, qui hodie obtinet, per id neque corroboratur, neque ſatis excuſatur. Tragico plus licet, cujus priora exempla ſunt, quæ Borrichius profert, nec verò plura, quam duo: id quod autem ex lib. VI. de Benefic. cap. XXX. allegatur, non contra noſtram ſen-

ten-

tentiam eſt, quum ſtrages ſignificetur, nec *fuſuri ſuum ſanguinem* ſimpliciter dicuntur, ſed cum *multorum ſanguine*, ſeu poſtquam *multorum ſanguinem hauſerunt*, *fuſuri noviſſime ſuum*. Juvat heic Seneca ſententiam meam, non oppugnat.

VEL, SIVE. Supervacua ſunt: quæ ſub finem ab Andrea Borrichio contra me verbosè diſputãtur. Dixeram cum clariſſimo viro Jo. Vorſtio, ſi ejuſdem rei diverſa vocabula ſint disjungenda, elegantius *Sive*, quam *Vel*, adhiberi. Sed *ideo*, inquit, *perpetuum eſſe dubito*. Neque ego id perpetuum dixi, ut potius diſparile exemplum ex Ciceronis Officiis ipſemet oſtenderim, *pace, vel Quirini vel Romuli*, lib. III. cap. x. Quid opus ergo fuit, ex Varrone, Pediano, & Tacito adferre, quos alios uſus particula *Sive* habeat,

beat, qui plane extra quæſtionem ſunt; de qua hoc loco diſſerendum erat?

Tandem ſubjungo, quod ſupra, ubi ordo poſtulabat, neſcio quo caſu prætermiſſum fuit. Id ÆGRITUDINIS vocabulum eſt, de quo ſcripſeram, Ciceroni morbum animi, non corporis, ſignificare: ſequenti ſæculo id diſcrimen fere neglectum fuiſſe: poſtremo autem ævo Hieronymum ejuſdem fuiſſe memorem. Singula ſuis documentis illuſtravi, & primum quidem ipſius Ciceronis verbis, III. Tuſcul. cap. x. *ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudinem in animo eſſe.* Alterum Columellæ, Plinii, & Taciti exemplis probavi, qui *ægritudinis* vocem de corporis etiam morbo uſurparunt. Hieronymi verba, Ciceronianis perſimilia, ex epiſtola XXXVII. protuleram. His Andreas

op-

opponit, quod argenteo Latinitatis ævo Seneca, Curtius, Valerius Maximus, Tacitus, Juſtinus, & auctor epitomes Livianæ, *ægritudinem* quoque *animi* dixerint. Ego verò nunquam in animum induxeram, hoc, quod adfert ille, negatum ire, ſed tantummodo ſcripſi, FERE *neglectam* illo ævo *diſtinctionem* fuiſſe; quia promiſcue illius ætatis ſcriptores *ægritudinem* non minus de corpore, quam de animo poſuerint, quod ſecus Ciceronis ſæculo habuiſſe, ipſius ſuffragio, quod nemo in dubium vocabit, oſtendebam. Oppoſuit ergo Borrichius, quod meæ ſententiæ contrarium non erat, cui tum demum derogabit vir doctiſſimus, ſi contra exempla mea probaverit, argentea ætate Latinitatis, vocabulum *ægritudinis* de corporis infirmitate adhibitum nunquam fuiſſe. Quod

enim

enim defenderam, is negare argumentis debet, qui mihi vult contradicere.

Hæc Hafnienſi Appendici ad Curas meas viſum fuit rependere, idque ſerius, quam provocatio poſtulabat; utique autem citius, quam animi mei tranquillitas fert, à contentionibus ſemper aliena, per quam etiam nunc ſtetiſſet, ut ab hiſce ſcribendis abſtinerem, niſi verendum mihi fuiſſet, ne novo titulo res non nova in fraudem exiſtimationis meæ, tanquam cauſſa cecidiſſem, ignaris certationis noſtræ imponeretur. Finem ſimul controverſiæ facio, quæ cum Olao Borrichio, omni laude digniſſimo viro, præter opinionem meam olim ſubnata mihi fuerat, ſed ita ſemper inter nos agitata, ut ſummo ſtudio illius ego dignitati conſulerem: ille quoque honorificè

ſen-

ſentiret de me, ac modeſtè etiam ſcriberet. Qui quum à quadriennio mortalitati ereptus, in meliores ſedes ad beatorum religionem migraverit, nolo deinceps quietem illius, repetitis controverſiis, turbare, ſicut ipſe, antequam excederet, quod Andreas adſeverat, noluit amicitiam noſtram iiſdem repetitionibus fatigare. Quin potius de illo ita ſentio & perpetuo ſentiam, ut decet de ſummi ingenii atque doctrinæ viro omnes litterarum æſtimatores ſentire: nec aliter de Juniore Andrea Borrichio quam bene ac honeſte ſpero. Vt autem omnibus pateat, quo animo in me Olaus, ὁ μακαρίτης fuerit, litteras illius, inter hæc ipſa certamina datas, in principio hujus libri adjunxi, quæ quidquid de hoc viro & illius amicitia prædicavi, luculentiſſime comprobabunt.

FINIS.

MAG 20 10 54